CONSUETUDINES MONASTICAE.

VOL. I.

CONSUETUDINES FARFENSES

EX ARCHETYPO VATICANO
NUNC PRIMUM

RECENSUIT

BRUNO ALBERS
CONGREGATIONIS BEURONENSIS O. S. B. PRESBYTER ET MONACHUS.

Stuttgardiae et Vindobonae
Sumptibus Jos. Roth, Bibliopolae
MDCCCC.

Superiorum permissu.

Imprimit Strecker & Schröder, Stuttgardiae.

Prooemium.

Ordo monasticus principale ex S. Benedicti regula incrementum accepit. Benedictus, occidentalium monachorum patriarcha haud immerito dictus, tamquam legislator vitae monasticae praeceptorque scholae sanctissimae semper est habitus. Scripsit coadjuvante Spiritu Sancto monachorum regulam, discretione praecipuam, attamen, ne credas in ipsa regula sancta ea omnia semper praescripta esse, quae tam ad chori, quam ad claustri disciplinam pertinent.[1]) S. Patriarcha haec magis a locorum diversarumque regionum conditionibus dependere sciens libero abbatum arbitrio reliquit, ut nempe ipsi ordinent, prout melius ista judicaverint. Monachi vero heredes sanctae et avitae traditionis omnia ea addiscere semper studuerunt, quae conformiora spiritui regulae sanctae in principalioribus monastici instituti coenobiis, praeprimis in archisterio Cassinensi ab ipso sancto legislatore fundato, observabantur. En ratio, cur Bonifatius Sturmium discipulum Cassinum ablegaret, cur tot sancti monachi sacrum istum montem ascenderent, cur Carolus Magnus et ii, qui monastici ordinis restaurationem aggrediebantur inde sanctae regulae et disciplinae praecepta expeterent.

Praeter Cassinense vero archicoenobium, sanctitatis laude et disciplinae regularis observantia antiquioribus temporibus insigne, octavo saeculo Caroli Magni et Ludovici Pii imperatorum aetate alter floruit Benedictus, Anianensis dictus, quem miro modo spiritum Benedictinae familiae legislatoris hereditasse dixeris. Ejus facta praeclaraque gesta hic enarrare nostrum non est, cum allegasse et nominasse sufficiat; de eo paulo inferius sermo noster redibit.

---

[1]) Wolter, Elementa monastica p. 4.

Decimo dein saeculo incipiente in Burgundia Benedictini ordinis asceterium celebre oculos mundi in se convertere coepit, monasterium dico Cluniacense. In ipso nempe jam a prima fundatione mirificus monasticae disciplinae spiritus observabatur. Berno a Wilhelmo Aquitaniae duce anno 910 abbas Cluniacensis monasterii a se tunc fundati constitutus, imitatorem sui ac zelatorem bonae disciplinae Odonem discipulum reliquit, qui, ut ait vir morum integritate ac scientiae laude conspicuus[1]) „praecipue illam disciplinam excoluit toto orbe Benedictino postea celebratissimum ac ubique fere receptam, cujus ritus ac instituta nostris etiam temporibus in laude habenda sunt.“ Illico vero hic surgit quaestio, undenam Cluniacenses abbates ritus atque instituta illa traxerint? Mabillionius noster in secundo Annalium ordinis S. Benedicti tomo scribit[2]) „non dubitem, quin ex ejusmodi consuetudinibus tum apud Adonem, tum in hoc libello collectis, suas acceperint primi Cluniacensis institutores.“ Libellus porro iste, ad quem alludit, supranominati est Benedicti Anianensis in quarto Analectorum suorum volumine sub titulo „Antiquae consuetudines monasteriorum ordinis S. Benedicti“ editus. Cluniacenses itaque Benedicti Anianensis reformationi et institutioni inhaerentes, modificationibus tamen aliquibus introductis, ea noviter observari fecerunt, quae avitae disciplinae conformia ipse Benedictus in concilio Aquisgranensi habito una cum multis abbatibus recipi jusserat.[3]) Judicium vero absolutum de hac quaestione ferre haud videtur possibile, nisi consuetudines et praescripta tam ista quam illa, manuscriptis inter se collatis novo et accurato examini subjiciuntur. Tum demum, quaenam relatio inter ipsa intercesserit, clare dilucideque demonstrari poterit.

De propagatione Cluniacensis disciplinae maxime in Germaniae monasteriis, alio loco aliisque temporibus diffusius nos dicturos esse speramus:[4]) Farfensis nunc abbatiae imperialis

---

[1]) Gerbert, Histor. nigr. silvae (1788 typis s. Blasianis) I, 169.

[2]) Mabillon, Annal. O. S. B. II, 483.

[3]) Mabillon, Annal. O. S. B. II, 406.

[4]) Videsis conspectum monasteriorum Hirsaugiensium: Festschrift zum Elfhundertjährigen Jubiläum des Deutschen Campo Santo in Rom p. 115.

disciplinam edituri, de istius monasterii ortu et incremento aliqua disserere proposuimus.

Farfense ergo monasterium in agro Acutiano, haud procul a Farfa rivo, unde et nomen traxit, in Sabina regione situm, si antiquis documentis fides habenda foret jam saeculo quarto originem deberet. Laurentium quendam eremitam Gratiani imperatoris temporibus anno c. 381 basilicam et cellam in isto agro Acutiano Vandalorum vero incursionibus mox desolatam „Historiae Farfensis" [1]) nobis auctores sunt, fundasse. Anno dein 680 Longobardorum tempore alium eremitam Thomam nomine vitam monasticam inibi restaurasse eaedem historiae nobis referunt.

Quae de ipsa prima fundatione deque Laurentii persona habenda sint, jam Bethmann in dissertatione ad Historias Farfenses aperte declaravit, [1]) hujusque docti viri sententiae libenter subscribimus.

Missum igitur facientes narrationes istas de Laurentio et Farfensis monasterii initia nonnisi ad septimum exiens saeculum referentes, Thomam ejus primum fundatorem fuisse asserimus. Thomas iste ex Gallia oriundus in agro Acutiano una cum sociis monasticam vitam ibidem instituit. Percrebuit paulatim virorum istorum sanctitatis fama totam circumvicinam regionem et fidelium oblationibus, praesertim vero Faroaldi [2]) Spoletani ducis adjutorio monasterium recenter exstructum in temporalibus quoque crevit. Thomas primus congregationis Farfensis abbas triginta et quinque annorum decursu baculum pastoralem tenuit. Ejus obitum ad IV. Idus Decembris anni 720 referunt. Omnes, qui ei in abbatiali regimine proxime successerunt, uno Probo excepto, Franci fuere indeque factum, ut Carolus Magnus Longobardorum regno destructo ipsi monasterio immunitatem concederet [3]) illudque imperialibus adnumeraret. Prosperum dein in dies a Summis quoque Pontificibus decoratum privilegiis incrementum cepit monasterium

---

[1]) Mon. Germ. SS. XI, 522 ss.

[2]) Mon. Germ. l. c. p. 524.

[3]) Il Regesto di farfa di Grégorio Catino publicato da J. Georgi e U. Balzani (Vol. II—V Bibliothecae „della Società di Storia Patria") II, 108 No. 141 ss.

et „in toto regno", ut scribit Hugo, abbas Farfensis,[1]) „non inveniebatur simile illi monasterio in cunctis bonis excepto monasterio, quod vocatur Nonantule, sed non ex toto, ut plures fatentur."

Qui florens abbatiae status decimo saeculo in pejus commutatus est. Saraceni Italiae centralis regiones devastantes, regionem quoque Sabinam invaserunt monasteriumque Farfense a Petro abbate et monachis tandem derelictum possederunt. Triginta fere annos exules monachi sub Ratfredo abbate (c. 925—936) ad sua reversi devastatum ac direptum monasterium reaedificari coeperunt, sed proh dolor! Ratfredi successores secundum saeculum viventes et spiritualia negligentes novam abbatiae et congregationis ruinam acceleraverunt. Frustra Albericus quidem, Romanorum patricius (932—954) bonorum monasterii dilapidatores nequissimi expulit ipsamque abbatiam Odoni Cluniacensi praesuli commisit. Dagoberto monacho ab Odone abbate istius loci constituto venenoque interempto, priores invasores denuo redierunt et praedia monasterii vix recuperata iterum ablata sunt.[2])

Anno denique 997 Hugo, S. Quirici in monte Amiato monachus, simoniace Farfensis ecclesiae gubernium accepit. Quod cum Otto imperator, iisdem temporibus Romae commorans audisset, „ei, quia imperialis abbatiae absque imperatoris consensu regimen usurpasset et quod deterius esset a Romano Pontifice emisset, propterea abbatiam debito eum dedecore abstulit," mox tamen, die 22 Februarii, monachorum precibus permotus eum restituit.[3]) Vix reversus Hugo nihil antiquius habuit, quam ut collapsam monasterii disciplinam restauraret tandemque, ut in intento proficeret, Cluniacensium usus monachorum suorum ulnis imposuit. Sed hac de re infra nobis tractandum est.

Consuetudines istae prouti Farfae ab Hugone abbate introductae et successore ejus Guidone confirmatae sunt in uno adhuc codice nobis asservantur[4]) Romae in Bibliotheca Vaticana.

---

[1]) Mon. Germ. SS. XI, 533. [2]) Mon. Germ. loc. cit. p. 536.

[3]) Mabillon. Annal. O. S. B. IV, 109.

[4]) Delisle, Inventaire des manuscrits de la Bibliothèque National. Fonds de Cluni, p. 316 sub No. 200 citat „Coutumes de Cluni, recueillies

Codex iste jam a Mabillonio citatus,[1]) etiam Marquardo Herrgott innotuit, minime vero doctus ille vir animadvertit primum librum consuetudinum toto coelo differre a constitutionibus istis, quas in „Veteris disciplinae monasticae" suo tomo sub titulo „Guidonis disciplina Farfensis" evulgavit.[1]) Nec mirum quidem, cum ipse apographo usus sit, quod Mabillonius Romae describi curavit quodque cum eo Vincentius Thuillerius gratiose communicavit.[2]) Apographon vero istud non ex Codice Vaticano desumptum fuit, sed ex illo, quod in archivio S. Pauli de Urbe asservatur. Assertionem ex eo nos probare credimus, quod in S. Pauli codice quaternio in principio unus desideratur, quo in quaternione omnia ea continentur, quae ad ordinanda festus Adventus et circuli natalis Domini necnon et Quadragesimae usque ad processionem in Dominica Palmarum faciendam spectant. Quodsi dein ea, quae doctus monachus Sanblasianus typis imprimi fecit, cum ipso codice Vaticano conferuntur, denuo animadvertes in haud paucis ea inter se discrepare, multa esse omissa nonnullaque mutata, Marquardum diceres non tam disciplinam Farfensem edidisse, quam ea, quae a monachis S. Pauli de Urbe observabantur, quaeque utique secundum ritum et disciplinam Farfensem instituta erant.

Hinc operae pretium videtur accurate disciplinam Farfensem secundum Vaticani archetypum nunc primum publici

---

aux XIe siècle par Jean, moine de Farfa", attamen notat textum consuetudinum istarum haud superesse. Cl. D. Victor Mortet, Archivista universitatis Sorbonnensis tabulam ad quam ipse Delisle lectoris attentionem revocat nullius momenti esse (cf. Bibliothèque de l'école des Chartes. VI. s. 1er, p. 203 No. 11791) pro nova consuetudinum Farfensium conficienda editione, gratiose nos certiores fecit. Hinc ea, quae alibi (Studien und Mitteilungen des Benediktiner- und Cistercienserordens XVIII [1897] 547—563, XIX [1898] 9—30) diximus nullius momenti reputanda sunt. — In notula ad cap. I, lib. II, p. 87 Herrgott ad alium codicem alludit, non tamen illum indicat; ex eo vero quod p. 94 in notula (a) et p. 97 ibidem in notula (a) manuscriptum Farfense allegat, alterum librum consuetudinum Farfensium cum hoc codice collatum fuisse certe constat.

[1]) Vetus disciplina monastica. Parisiis, typis Caroli Osmont. 1726. 4°, p. 37—132.

[2]) Migne P. L. CL, 1193 iterum consuetudines Farfenses typis impressit secundum opus jam ab Herrgott publicatum. — Bethmann secundum Vaticani exemplar perpauca imprimi curavit in Monum. Germ. SS. XI, 544 ss.

juris facere, de ipso codice vero aliqua adnotanda sunt, priusquam normas exponamus, quas in ipso edendo observabimus.

Codex Vaticanus sign. 6808 constat foliis 168,29×18,2 cm. Scripturam prodit saeculi decimi exeuntis vel ineuntis undecimi; illuminationes desunt, attamen praesertim in secundo libro haud raro litterae majusculae seu initiales rubricatae sunt. In primis novem foliis codicis habentur explanationes quaedam liturgicae. Hac cum ipsis Farfensibus consuetudinibus connexionem aliquam habuisse videntur, dolendum sane quod non sint integrae.

fol. 1ʳ Incip. Officium quod vocatur, introitus missae habet initium a prima antiphonae, quae dicitur introitus et finitur in oratione, quae a sacerdote dicitur ante lectionem; explic. fol. 3ʳ ut magis studeat opere exercere quam verbis.

fol. 3ʳ Kyrie eleyson. Hoc opere completo, id est adunato per praedicationem christi populo; explic. in omnibus igitur peractis officiis sequitur Kyrie eleyson, ante dominicam orationem.

Ibidem. De Cereis. Dicentibus cantoribus Kyrie eleyson, acoliti e manibus ponunt cereos; explic. fol. 3ᵛ Potest simpuciter intelligi dispositio cereorum expeditus cursus circa altare ministrandi.

Ibidem. De gloria in excelsis deo. Diximus superius transitus episcopi de altari in dexteram partem significare christi transitum de passione ad eternam vitam. Sacerdos, quando dicit Gloria in excelsis deo orientis partes debet aspicere; explic. fol. 4ʳ ita factum est post resurrectionem suam adnuntiat salvator dicens, data est mihi omnis potestas in caelo et in terra.

fol. 4ʳ De prima oratione missae. Quando dicimus „Pax vobiscum" sive „dominus vobiscum" est salutatio ad populum; explic. fol. 4ᵛ ad puram veritatis lumen advolare.

fol. 4ᵛ De sessione episcopi. Dein christe ascendit in caelum, ut sedeat ad dexteram patris; episcopus, quia est vicarius christi in omnibus; explic. fol. 5ʳ eo corde stemus hic, ut humilitate sub pedibus vestris simus et pro vobis oremus.

fol. 5ʳ De officio cantoris et lectoris. Lector dicitur, quia lectione fungitur. Lectio dicitur quia non cantatur ut psalmus vel hymnus, sed legitur tantum. Illic enim modulatio, hic sola pronuntiatio quaeritur. Cantor multa officia habet; explic. ibid. ita vulgo suavior cantus lectione.

fol. 5ʳ Quid sit inter Responsorium et Tractum. Hoc differtur inter responsorium, cui chorus respondent et tractum, cui nemo; explic. fol. 5ᵛ qui seminant in lacrimis in exultatione metent.

fol. 5ᵛ De alleluja, alleluja. Alleluja quod cantatur per festos dies; ibidem,

Quid est inter alleluja et tractu. Hoc est inter alleluja et tractum, quod alleluja laetitiam sive laudem domino, tractus vero aliquando tribulationem, aliquando laetitiam sonat; explic. ibidem, tertius, qui hoc currit resurrectionis.

fol. 5ᵛ De expoliatione casularum. Ministri casulas se exuant, quando lectores sive cantores officium assumunt; explicit ibidem, in necessitatibus temporalibus, ut a pluribus possit imitari.

fol. 5ᵛ De tabulis. Tabulas, quas cantor in manu tenet solent fieri de ossibus; explic.

fol. 6ʳ sed sola cogitatione mens menti monstrabit, quod retinet in se.

fol. 6ʳ De ascensu in pulpitum. Lector et cantor in gradum ascendunt more antiquorum, stetit autem Esdras scriba super gradum; explic. ibidem, ea, quae ipse non fecit, aliis faciendo proponere.

fol. 6ᵛ De diaconi ascensu in tribunal. Tribunal vocatur ciprianus gradum, super quem ascendit diaconus; explic. fol. 7ʳ ubi audituri sunt, venite benedicti patris mei percipite regnum.

fol. 7ʳ De offertorio, quod vocatur. Finitis prioribus officiis superius memoratis, nunc offertorium introducitur, in quo caelebratur oblatio eorum, qui domino vota sua persolvunt; explic. fol. 8ᵛ Incurbatus tres versiculos canet pro sacerdote, Mittat tibi auxilium de sancto et duos sequentes.

fol. 8ᵛ Sequitur Secreta. Secreta ideo nominatur, quia secreto dicitur; explic. ibidem, non potest jam mutari neque in melius, nequi in deterius.

fol. 8^v De ymno vitae pass. n. d. Ymnus ideo dicitur, quia refertus est gratiorum actione et laudibus angelorum; explic. ibidem, altare est mensa domini, in qua conveniat cum discipulis cor. . . .

fol. 9^r In nomine etc. Incipit perfectus usus, etc., quem integre infra referimus; explicit in medio folii 112^v. In eodem folio deinde sequuntur canon aliquis et notitiae de tonsura, et usque ad fol. 139 canones diversi. fol. 139^r legitur finis vitae sanctae Xenae alias Eusebiae dictae. Incip. Condicus autem episcopus sanctum corpus; explic. per inmortalia saecula saeculorum. Deinde sequitur alphabetum quodam orientale, et

fol. 139^v aliqua, ut videntur, ex homilia. Incip. Venit enim ad humilem et mansuetum sicut fuerat vaticinio antea promissus, Noli timere filia syon . . . et

fol. 140^r—150^v habetur Expositio, non tamen integra, in cantica canticorum. Incip. Hunc cecinit salomon mira dulcedine librum; explic. Auribus ille tuis male frivola falsa sonabit. Incipit expositio: Osculetur meo osculo oris sui, tangit me dulcedine praesentiae suae, quem saepius a prophetis promissum audivi; explic. Pulchra es amica, suavis et decora sicut hierusalem. Sancta ecclesia suavis et decora ut hierusalem dicitur, quia ejus vitae . . .[1])

fol. 151^v—152^v explanatio invenitur quorundam verborum in sacra scriptura existentium.

fol. 153^v Sermo S. Joannis Crisostomi de annuntiatione S. Mariae. Incip. Iterum gaudii evangelii; explic. fol. 155^v gratia est ipsius christi dei nostri, cui gloria et imperium in saecula saeculorum Amen.[2]) Dein sequitur,

Lectio sancti evangelii secundum Lucam, missus est gabrihel, una cum homilia S. Augustini episcopi de eodem evangelio. Incip. Adventum domini et salvatoris nostri, in quo hominum genus; explic. fol. 157^v sed respexit in humilitatem amillae suae.[3])

---

[1]) P. L. C, 642.

[2]) S. Joann. Chrysost. oper. omnia. edit. Benedict. Paris 1718, II, 797.

[3]) Caillau-Saint Yves, S. Aurel. August. op. supplem. I. Parisiis 1836, p. 19 (cf. Cod. Cass. CI Fol. 127 et. Bibl. Cass. II, 415).

fol. 158[r]—161[r] Item. Sermo S. Ambrosii episcopi de feria IIII[a] sec. Lucam. Eodem tempore missus est.[1])

fol. 161[r] III Non. Novemb. Natalis Sancti Pelegrini. Incip. Annuente dei omnipotentis misericordia atque ejus patrocinio invocante miracula, quae dominus operatus est per suum sanctum martyrem patefaciamus; explic. fol. 163[v] caelebratur itaque festivitas hujus sancti martyris tertia die intrante mensis novembris.[2]) Ultimo dein loco invenitur passio S. Mauritii. Incipit passio S. Mauricii cum sociis suis sex milia sexcentorum LXV, qui sub maximiniano imperatore pro Christi passi sunt mense septembri. Passionem ss. martyrum, qui hunc locum glorioso sanguine illustrant[3]) . . explicit fol. 168[v], sed verba vix ac ne vix quidem legi possunt.

Notandum porro est superiori margini foliorum manum saeculi undecimi notulas quasdam de rebus praeclare gestis tam anterioris, quam coaevae aetatis adjecisse, quas variae manus saeculi XII dein continuarunt. Collegit jam has notulas easque in tertio decimo „Monumentorum Germaniae“ tomo typis impressit Bethmann.[4])

Hisce explanatis altera nunc exurgit quaestio, quisnam auctor, quis compilator libri consuetudinum. De scriptore libri dubitandum non videtur, si versus in primo folio margini ascriptos consideras, qui sic habentur:

„Hoc opus in christi monachus Guido fecit honore
Hunc rogo Christe tuo fac dignum semper amore.“

Una eademque manus autem codicem certe non exaravit. Differt scriptura inter se atque duae vel tres manus diversae ab invicem discerni possunt. Sed quisnam auctor; quisnam fuit ille Guido? Et auctor et scriptor? Difficilis sane et arcta, ut videbimus quaestio.

Jam supra vidimus Hugonem abbatem ab Ottone destitutum, sed paulo post ad monasterium Farfense redire permissum jam inde ab anno 998 id adlaborasse ut monachi, qui magis saeculares quam regulares erant, secundum regulae

---

1) P. L. XV, 1633.
2) Inedita adhuc videtur haec passio.
3) Surius, Vitae SS. IX, 326.
4) SS. XI, 589 s.

praecepta ambularent. Quod quo melius perficeret primum ad vicinum Sublacense monasterium se contulit, indeque aliquos monachos secum ad reformandam disciplinam conduxit; cognita vero eorum religione brevi post dimisit. Deinde ad Cassinense properavit coenobium, in quo vero similiter invenit, quod non cernebatur commodum. Postmodum e Ravennatensi monasterio, in quo monachi regularem tramitem plenius observare dicebantur, quosdam, qui religiosi videbantur acquisivit, quorum se etiam inconditae ferocitati in tantum subdidit, ut frequenter ab eis disciplinaretur indiscrete pro ipsorum quotidiani victus aliqua defectione. His ergo similiter indisciplinatis in Farfensi coenobio degentibus, Hugo duos abbates hospitio excepit, Odilonem et Wilhelmum, hunc S. Benigni Divionensis, illum ipsius Cluniacensis archisterii praesules. Wilhelmi porro suasu et exhortatione, quem de rebus et statu sui coenobii consuluerat, Hugo Farfensem abbatiam Odiloni submisit et religionem istius monasterii in officiis ecclesiasticis et dignis moribus et confratrum cultu vestium sive copia victus, quotidie et in sanctis sollemnitatibus, in quantum loci possibilitas id permittebat, introduxit.[1]) Sed Cluniacenses consuetudines istis temporibus exaratae non erant. Concedendum hoc utique, attamen Hugo a duobus abbatibus permulta ediscere poterat, et harum consuetudinum lucubrationes in Italiam jam ab Johanne monacho advectae erant. Qui Johannes, „unus valde inspiratus et accensus in fervore monastico ex discipulis domni Romualdi“ sub Joseph religiosissimo abbate in quodam Apuliae monasterio militans fama Cluniacensis disciplinae permotus Cluniacum visitandi gratia adierat, et „quaecumque ibi probatae experientiae didicit“ collegit et collecta in Apuliam secum transtulit.[2]) Farfenses vero monachi exemplar hujus collectionis indubitanter acceperunt, ut tam ex praefatione, quam ex versibus libro primo consuetudinum praemissis edocemur. Prologus vero tempus indicat, quando consuetudines Farfenses conscriptae sunt, sic enim exhibet „pater vero Hugo . . . ad Galliarum studia venerabilium coenobiorum Cluniacensium, ubi venerabilis pater Oedilo velut

[1]) Mabillon. Annal. O. S. B. IV, 110 s.
[2]) Videsis prologum ad Consuetudines Farfenses.

lucerna radians adhuc fulget, multa de illorum consuetudine ad utilitatem fratrum *illi* commissis et in ovile Christi aggregatis imposuerit ad animarum salutem.“ Quae sane verba tempus Hugoni posterius, Odiloni coaevum indicant. Hugo porro anno 1009 abbatiae se abdicavit et in monasterium S. Mariae se recepit[1]), ergo et post hunc annum saltem prologus conscriptus, imo mallem dicere totum librum consuetudinum exaratum esse hoc tempore, proindeque verba superius allata „Hoc opus in Christi Guido fecit honore“, non de ipso scriptore, sed de Hugonis successore Guidone interpretanda potius, qui consuetudines ab Hugone introductas in unum collegit et scripto exarare fecit. Probationem nostram probabilitatis limites haud excedere fatemur, forsan tamen arridet, et eapropter eam hic apposuimus.

Sed jam ipsum codicem nostrum accuratius paululum inspiciamus. Permulti inprimis errores in ipso occurrunt, qui omnes negligentiae scriptoris haud licite attribui possunt. Stilum potius barbarum indicant, et compilator seu scriptor libri linguae latinae haud se ita gnarum exhibet. Attamen editio nostra id prae se fert, quod textus „Disciplinae Farfensis“ integritati suae sit restitutus. Lector, qua est sagacitate et prudentia, illico animadvertet multa menda esse expuncta, multa aenigmata editionis apud Herrgott, quorum interpretationem invanum quaereres, esse soluta. Pauca enumerasse juvabit, quia totam seriem texere longius foret: p. 50 textus M[2]) exhibet „facta sacra finientur“, dum apud F legitur „facinora incrastinentur“; p. 56 M „in laudibus quinque antiphonae decantentur, F „in albis“; p. 59 M habet „Ad matutinalem horam hymnus, Ecce jam noctis. Usque Kalendas Octobris Malachim in refectorio legantur“, F vero „Ad matutinales laudes ymnus, Ecce jam noctis, usque Kal. Octobris. Malachim in refectorio legantur“; p. 59 M „Introitio ex homilia“, F „In tertio homilia“; ibidem M exhibet „Ad majus officium, In medio ecclesiae, recte F Ad majorem (sc. missam), officium, In medio ecclesiae“. Quid porro de

[1]) Mabillon. Annal. O. S. B. IV, 190 s.

[2]) Littera M textum apud Herrgott evulgatum indicat; F codicem manuscriptum Bibliothecae Vaticanae.

isto loco dicendum ubi M p. 76 legit „repetant a capite ipsam antiphonam". Tantummodo in ipsa die faciant orationem, Deus qui . . ., cum F „repetant a capite antiphonam, tantummodo in ipsa die faciant. Oratio, Deus," neque difficile foret alia aliis cumulare exemplis ad assertionem nostram roborandam. In media allata sufficiant.[1])

Errores denique iis tantum in locis correximus, ubi id ad interpretandum textum necessarium absolute videbatur, remittentes vero tunc textum originalem in notulam. Abbreviationibus, quas textus exhibet, raro admodum usi sumus. Praeter distinctiones denique in capitula, quae in codicis libro primo quasi omnino desiderantur, etiam textus sacrae scripturae, qui tam in missarum sacris ad epistolas et evangelia, quam in sacri officii celebratione ad vigiliarum nocturnos legi soliti erant, accurate ad lectoris benevoli commodum, in quantum ipsos reperire potuimus, in margine adnotavimus. Signa P. L. seu P. Gr. in patrum latinorum vel graecorum editione apud Migne „Cursus patrologiae latinae" seu „graecae" ipsa loca inveniri indicant. Permagnae nobis utilitati fuere in investigandis locis istis, codices liturgici manuscripti, in archicoenobio hoc Cassinensi asservati. Eminent inter ipsos missale Desiderii abbatis, saeculo XI. confectum, necnon Breviaria ejusdem saeculi XI. His enim fulti adminiculis permultos textus per se ambignos vel sat obscuros, quia et alii iisdem verbis incipiebant, accurate adnotare potuimus. Ad ultimum monemus, textus istos ex sacra scriptura depromptos diverso omnino charactere impressos esse in nostra editione. Quoad autores vero homiliarum, an revera ab ipsis habitae sint, studiosum lectorem ad opus D. Suitberti Baeumer O. S. B. cui titulus „Historia Breviarii" remittimus, necnon ad tractatus, D. Germani Morin O. S. B. in folio periodico „Révue Bénédictine" passim evulgatos.[2])

---

[1]) In folio periodico „Studien und Mitteilungen des Benediktiner- und Cistercienserordens" XIX (1898), 28 omnia, quae apud Herrgott desiderantur, congessimus atque novam harum consuetudinum editionem necessariam fore probavimus.

[2]) Bäumer, S. Geschichte des Breviers. Versuch einer quellenmässigen Darstellung der Entwicklung des altkirchlichen und des römischen Officiums bis auf unsere Tage. Freiburg, Herder 1895 — Morin, op. cit. VIII (1891) 270.

Nemo vero non videt pro ipsa vita monastica dijudicanda disciplinas istas maximi fuisse momenti, siquidem bonae consuetudines jam bonam esse debere monachorum vitam et secundum regulam institutam aperte indicabant. Florens vero monasticae disciplinae status semper et artium et scientiarum culturam in monasteriis secum ferre solet, et econtra ex litterarum cultu haud leve de bona vigente disciplina judicium desumi potest. Hoc indicio esto certissimo. Ecquid floruerunt studia, litterae, artes Hugonis successorumque ejus temporibus? Ipsi Hugoni historiam Farfensis monasterii debemus, quae eruditionem et scientiam tanti viri nobis apprime manifestat. Laudatur Almericus abbas, qui anno 1039 Soppone ab imperatore rejecto, Hugoni successit „ob res cum spirituales, tum temporales recte administratas, ob auctam bibliothecam et ornamenta ecclesiae, denique ob modestiam in vestibus et in victu parsimoniam.“ [1]) Berardi abbatis electioni anno 1048 factae nonaginta monachi subscribunt. Isque abbas, cum monasterium ad radices montis S. Martini dicti situm propter monachorum multitudinem parvum videretur, novum in ipso montis cacumine construere aggressus est. Exstant in ipso cacumine rudera basilicae permagnae et novi monasterii, conspiciuntur adhuc aliquae picturae in parietibus claustri depictae, id sane deplorandum picturas demolitas neque novam fabricam unquam perfectam. Nonne floruit istis temporibus in Farfensi abbatia Gregorius Catinensis monachus, cujus opera indefessum laborem, invictum studium et diligentiam non minus, quam singularem artem nobis testantur? Superest etiam in monasterio pictura, quae permagnam Christi figuram crucifixi exhibet, udo illita et illa aetate confecta, quae specimini esse potest, quantopere artem istam monachi excoluerint. Porro, officinae aurificum et cellae inclusorum seu vitrei magistrorum, „ubi ipsi ad artem faciendam conveniunt, ab ipsis nostris consuetudinibus in descriptione farfensis coenobii nonne disertis verbis enumerantur? Nonne et mentio fit in capitulo „De diversis difinitionibus [2]) eorum, qui libros describunt, et ob ista opera a divino officio partim excusantur?

---

[1]) Mabillon. Annal. O. S. B. IV, 399. [2]) Lib. II. cap. XVI, p. 150.

Sed cur haec omnia recensere? Lector inspiciendo consuetudines nostras multo melius videbit, quid monachi Farfenses fecerint, quam vitam duxerint. Si vero voces aliquae minus usitatae occurrunt, in indice „Verborum monasticorum et exoticorum" earum explanationem inveniet, quem eapropter confecimus. Alii porro indices adjecti sunt, quo facilius evadat ea omnia invenire, quae ipsi commodo esse possint.

Restat ut iis viris debitas agamus gratias, qui consilio, favore, vel alio quovis modo in edendis consuetudinibus auxilio nobis fuere. Praeprimis nominandi sunt Rms et Ampls D. D. Bonifatius Osländer O. S. B. Abbas et Ordinarius S. Pauli de Urbe, qui una cum monachis suis autorem non semel Romam venientem benigne semper hospitio excepit, necnon et bibliothecae Vaticanae primus custos P. D. F. Ehrle, cujus urbanitatem omnes celebrem istam bibliothecam visitantes exploratam habent, dein confratres mei Rmi et dilectissimi P.P. D.D. Beda Hessen, Ursmarus Berlière et Heribertus Plenkers, grato porro animo neque ultimo loco recensendi P. D. Odilo Rottmanner et Odilo Ringholz, iste archivii Einsidlensis, ille St. Bonifatii Monacensis bibliothecae doctus custos, cari amici, fidi operis collaboratores.

Exiguum hoc nostrum opusculum tam viris litteratis et universae rei publicae benedictinae utilitati, quam Dei gloriae profuturum speramus, memores istius, quod in regula sua ait occidentalium monachorum Legislator et Patriarcha „Ut in omnibus glorificetur Deus."

Quod si votum hoc nostrum adimplebitur, alia subsequentur volumina in iisque statuta, regulas atque consuetudines monasteriorum medio aevo celebriorum publici juris faciemus; plures etenim omnino adhuc latent, sicut Sublacensis et Brevnoviensis abbatiarum consuetudines, aliae editae quidem, sed hic illuc dispersae vel ignorantur vel collatione cum codicibus manuscriptis facta novam suadent publicationem. Volumen secundum Deo adjuvante consuetudines Sublacenses continebit.

Scribebam Montis Cassini die 29 Aprilis 1899.

Bruno Albers
Congreg. Beuron. O. S. B.

I. Index capitum.

Liber secundus.

II. Index nominum propriorum.

s. = sanctus; m. = martyr; v. = virgo; ep. = episcopus;
d. e. = doctor ecclesiae.

I.

O.

III. Index rerum et vocabulorum.

D.

I.

M.

Q.

R.

T.

Autor ex adversa laborans valetudine alterum indicem verborum monasticorum et exoticorum alio volumini adjiciet.

][In nomine Sancte Et Individue Trinitatis. Patris Et Filii Et Spiritus Sancti. fol. 9r

Incipit perfectus usus sive ordo ad ornandam ecclesiam catholicam necnon ad conservandam regularis tramitis normam][fol. 9v in coenobio beate Marie semper virginis in agro Acutiano comptam.

Incipit prologus regularis de libro tramitis.

I. Dum per universam Italiam Christi precepta anullarentur et velut in fastidio versarentur, diabolice suggestiones ceperunt augmentari et opere compleri, ita ut etiam in sacris constituti ordinibus, sicut mos laicorum est, uxores acciperent, et sine aliqua difficultate heresim exercerent simoniacum. Celestis tunc clementia favente regis, qui pretioso olim mundum suo redemit cruore, suscitatus est quidam decore splendidus monachico Romualdus nomine, qui normam priscae justitiae in sexu renovavit utroque et ordine. Cujus exempla imitatus venerabilis Hugo renovavit prisca sanctorum patrum eximii Benedicti clarissimi ac luculenti patris in caenobio beatae][fol. 10r mariae semper virginis in loco, qui dicitur Acutianus, ubi destructus erat nimis omnis ordo et compositio monachorum, illorum ulnis imponens usum Cluniaci coenobii in Gallia aedificati ac per totum orbem cuncta ultra monasteria regulari tramite pollentis ipso tempore. Insonante etenim longe lateque fama praelibati coenobii, necnon et predictorum patrum, Romualdi scilicet et domni Hugonis abbatis benignissimi, hi denique patres nimio zelo ferventes et inter se concordantes, domnus Romualdus in theoretica praeclarus effulsit necnon et in aedificatione multorum monasteriorum; pater vero Hugo sequipeda ejus effectus in regali coenobio, in tantum ut ad Galliarum studia venerabilium coenobiorum Cluniacensium, ubi

venerabilis pater Ocdilo velut lucerna radians adhuc fulget, multa de illorum consuetudine ad utilitatem fratrum illi commissis et in ovile Christi aggregatis imposuerit ad salutem animarum. Ex quibus unus valde inspiratus et accensus in fervore monastico ex discipulis domni Romualdi, nomine Johannes, cum uno suo socio ad videndum et scribendum properavit apud eundem Cluniacensem coenobium; et ita exaravit in paginulis, ut oculus vidit, et in codicibus affixit posterisque legenda contradidit. Domnus vero Hugo pater per omnia imitator illorum effectus, haec et multa alia in suo antiquo coenobio advexit, ut ab illorum usu in nullo discreparet, cupiens adimplere, quod in Actibus apostolorum legitur, *Multitudinis credentium erat cor et anima una*[1]). Quam consuetudinem si quis adimpleverit in praesenti exaltabitur vita, et post intra perhennem laetabitur pascuam. Et mavult operibus quam dictis adimpleri. Et sicut quis infra naviculam in medio amne fluminis positus superiora aggredi cupiens, nisi totis viribus certaveris, cito relabitur, ita haec consuetudo, si carnalibus quis assenserit desideriis, in fasti][dium ei vertitur; si quis eam imitaverit et secutus fuerit, caeleste illi revelabitur archanum, et amabilis Deo et dulcis erit hominibus. Si vero perversus fregerit et dereliquerit eam, relinquetur a Deo et odiosus erit in seculo, et si per multos creverit annos, tempore uno destruetur, unusque extraneus centum suorum persequetur, et duo fugabunt decem milia. Et non solum hoc predictum, sed et cuncta, quae priores nostri bona tenere sancxerunt, si derelicta fuerint, non prosperabuntur, sed in arcum convertuntur perversum, agentibus sanctis, quorum nomina sive reliquiae hic habentur. Facientibus et perseverantibus regnum pateat sempiternum! Explicit prologus:

fol. 10v

II. Incipit praephatio. Summi moderatoris et piis favente religionis insigniti Christi timoris efficatio dum male olita usquequaque sentina emergens efferbuerit, nostri olim sacrati institutio ordinis ita dumtaxat vix uspiam perfectae trames semitae inesse nequiret, commonitus ipse Johannes trans Alpium hujuscemodi discendi negotium finitima Cluniacum coenobiorum

---

[1]) Act. IV. 32.

nobilissima expetiit gratia. atque quaecumque ibi probatae experientiae dedicit, duplici hoc pro diffinitione ad purum contexuit, et ad honorem nostri Salvatoris intemerataeque ejus piissime genitricis in monasterio suo sub religiosissimi abbatis Joseph sanctorumque piissime monachorum Apuli catervae conspectui, quatinus salutis sit solatium presentibus, haedificativque profutura succedentibus in Christo jesu domino nostro.

][In ordinibus sanctorum coenobiorum threnos. Incipiunt primi libri. Continet in se usus monachorum iste libellus. fol. 11r

Atque alias rerum, collectas undique causas
Quae possent animum titubantem tollere sursum
Leucasmo pacis sapientia talia nobis
Saepius adponat clarius et pectora pascat
Atque docens animum paulatim ducat in altum
Vilia sectantes non omnia possumus omnes
Finis enim mundi noffecibus implicat aeri.
Et vetus ecclesiae senum monstrant ubique
Sed tu nate dei clemens miseres cito nostri
Atque senectutem sponsae non penitus abs te
Prolongare velis sed nunc succurrito lapsis
Illustrans sensum quo te quaeramus amandum
Qui prior has terras humilis intrare volebas
Ut nos ad caelum faceres conscendere sursum
Et tecum regno semper gaudere superno
Hos [1]) frater flores studuit juxtare iohannes
Dultia circumiens ut apis per germina pascens
Haec quicunque legis et sursum gaudia quaeris
Scriptori veniam studiis pro talibus ores
Si tibi magnarum potis est adtingere rerum
Fercula delicias, quae flagrant undique sanctas
Illic invenies quidquid mare nutrit edendum,
Quicquic terra creat, quicquid ad astra volat. [2])
At nos exiguum scripturas carpsimus hortum
Rubra quid ad positum testa ministrat holus

---

[1]) Rubricator H. in N. correxit.

[2]) In margine. Rasura.

Hos practer missos pridem nunc scribimus usus.
Primitus adventum Domini recolendo beatum
fol. 11v Omnes huc socii mente occurrite sancti][
Praemia nam vitae dantur caelebrantibus ista
Talia nam patribus concessit spiritus almus
Ipsius et nobis rogitemus munere dari
Quo per credentium teneamus facta parentum
Ut simul ad requiem, quo jam venere perhennem
Et nos possimus domino donante venire
Ac simul adventum Christi spectare secundum
Expliciunt versi in laude ordinis compti
Incipiunt pulcrae usus monasticae normae.[1])

fol. 11r III. Vesperis Sabbati ante dominicam primam de adventum domini dicatur lectio, *Ecce dies veniunt.* Responsorium, *Missus* est. Ymnus, *Conditor almae.* Antiphona, *Ecce nomen Domini.*[2]) Ex huic dimittantur antiphona et oratio sanctae crucis in suffragiis sanctorum et stationibus usque usque octabas epyphaniae. Sed expletis supplementis sanctorum ad oratorium beatae mariae festinent decantando hunc responsorium, *Ave maria.* Sacerdos dicat, versiculum, *Ave maria.* Oratio, *Deus, qui de beatae.* Invitatorium duo fratres in albis decantent. Ymnus ad nocturnos, *Verbum supernum.* Lectio de esaia. Responsorium, *Aspiciens a longe.* Cantica, *Ecce dominus.* Matutinalibus laudibus Antiphonae, capitulum, Versiculi, orationem et omnia sicut in autenticis . . . gens ordinata sunt libris. Ymnus, *Vox clara.* Sacerdos incensum in alba portet per altaria. Ad processionem post benedictam aquam in eundo in beatae virginis templum responsorium, *Ave maria.* Matutinalem missam priusquam aquam sanctificet dicat et he collectae recitentur, *Excita domine* et *Omnipotens sempiterne deus, qui dedisti* et consuetudinariae. Ad missam majorem debet esse unus ad officium in cappa, diaconus atque

In margine: Ad IIIum ℣. Ad VIum Memento nostri domine Ad VIIII Domine de. Ad vesperum ℟. Veni ad liberandam. ℣. Et Ostende.

[1]) In margine: Ad vesperum primum versiculum, *Rorate* Ad noctu. ℣℟ ex sion species. In II. *Egredietur virga.* In III. *Egredietur dominus de loco seu suo.* In laud. ℟, *Super te hierusalem.* ℣ et Gloria ℣ *Emitte aquam.*

[2]) Etiam nostris temporibus monachi eandem liturgiam recitant (Breviar. Monast. Pars hiemal. Sabbato ante Dom. 1. Advent.)

subdiaconus in casullis, quattuor in albis fratres, quorum duo cantent responsorium, a biduo *Alleluja*. *Gloria in excelsis deo* non assumitur. Sequentia cantabitur, *Credo in unum deum,* semper dicitur. *Ite missa est,* nec dicatur. Ipsa die refectorii][tabulae debent esse coopertae. Dominicis vel aliis festis fol. 12r [1]) diebus quibus duodecim lectiones faciunt adipem manducent, aliis vero diebus se abstineant.

IV. Privatis diebus invitatorium, *Regem venturum*. Ad nocturnales obsequiarum debet dicere cotidie orationes de adventu. Praeces ad matutinas et vesperas dicende sunt. Oremus pro omni gradu ecclesiae sicut diebus quadragesimae; orationes de adventu promant. Eademque faciamus in horas similiterque vesperas. In sabbatis per totum adventum non pergitur ad sanctam crucem cum processione. Quinta feria sustollatur omnis cortinae ecclesiae.

V. Dominica II[a] ex domini

adventu; sabbato ad vesperas inponatur responsorium, *Ecce dies veniunt*. Ad nocturnos. responsorium, *Hierusalem*. In tertia responsorium ad vesperas, *Qui venturus*. Ad nocturnos, *Ecce apparebit*. Lectio de esaia.

VI. In sanctae Lucie sint duo fratres in albis ad invitatorium et omnia quae dicenda sunt, faciant de ipsa beata et repetant antiphonam de adventu cum *Gloria patri*.

VII. Feria IIII[a] quando jejunium celebratur IIII[or] temporum invitatorium dicatur, *Prope est jam dominus*. Etiam feria II. incipientes. Evangelium pronuntietur, *Missus est angelus Gabrihel.*[(a)] Responsorium, *Clama in foris* et alias (a Luc. I, 26 ss. per ordinem. In matutinalibus laudibus antiphona, *De syon veniet* et aliae, quae conveniunt. In evangelio antiphona, *Missus est*. Ad primam et III[a] et VI[ta] et VIIII[na] antiphonae, quae remanent, sunt dicendae. Ad mensam elemosynarius, quod de pane et vino remanebit accipiat his tribus jejunii diebus et non solummodo istis, sed etiam toto adventu praeter dies festos.

[1]) Inveniuntur in principio folii hi versus:

Esse duos usus probat Albericus ubique
Alter legitime servatur et alter inique.
Tempore felici, qui fidus mansit amicus
In tristi satis est, si non sit mox inimicus.

VIII. Feria VI[a] pronuntietur evangelium,
(a) Luc. I, 39 ss. *Exurgens maria.*[(a)] Responsorium, *Praecursor pro nobis ingreditur.* In matutinalibus laudibus antiphona, *Intuemini.* In evangelio antiphona, *Ex quo.*

(b) Luc. III, 1. Sabbato pronuntietur evangelium, *Anno quinto.*[(b)]

Responsorium, *Rorate coeli desuper.* In laudibus antiphona, *Rorate coeli et aliae,* quae conveniunt. In evangelio antiphona, *Omnis vallis.*

fol. 12v][IX. Festivitas sancti Thome in cappis celebretur hoc modo: Duo fratres invitatorium persolvant in cappis. Ad evangelium illuminentur duo candelabra super tria, quae ante fuerant, ad missam septem, et omnes sacerdotes atque diaconi (c) Eph. IV, 7. sint induti cappis. Epistola *Unicuique nostrum.*[(c)] Sequentiam (d) Joann. XX, 24. persolvant. Evangelium legatur *Thomas autem.*[(d)] Si ipsa festivitas[1]) evenerit die sabbatorum, quod est jejunii decimi, post capitulum sedeant fratres in claustro, vacent lectionibus usque dum signum horae tertiae pulsaverit. Infantes faciunt suum capitulum. Quo peracto sonet secretarius signum minus. Dum hora tertia fuerit pulsetur signum et conveniant omnes in ecclesiam, faciant orationem et induantur cunctis quos praediximus inprimis albis et post tertiam, cum dicta fuerit, cappis et celebrent missam. Post sextam cum tempus fuerit missae jejunii sonetur signum majus conveniantque omnes ad faciendam precem; hac exacta induatur sacerdos cum ministris vestimentis sacris, cantor in choro sit cum cappa alii quattor in albis, quorum duo benedictionem, alii vero duo tractum post epistolam recitatam cantent. Pueri omnes debent inalbati esse. Duo conversi deferant candelabra, tertius turibulum. Sacerdos veniat ad altare, faciat orationem et confessionem cum levita. Deinde dicat Oremus. *Excita domine.* Infantum vero primitus legat lectiones juniores, deinde sicut sunt priores prosequentur. Responsorium per unamquamque lectionem ut expleverit ipsi cantent ad altare, non duo insimul, sed unus tantummodo. Quo patrato veniant duo fratres praefati cantent: *Benedicti omnia opera domini,* tunc sacerdos procedat ad aram et dicat, *Dominus vobiscum* et

---

[1]) Alia manus adjunxit, sancte Thoma apostoli.

unam collectam, offerendam unus faciat, illi, qui cantarunt benedictionem atque tractum, exuantur cum *Sanctus, sanctus* habuerit dictum. Pacem unus accipiat. Vesperae, postquam commestum habuerint, hora constituta de apostolo dicantur. Qua expleta antiphona de adventu repetant cum gloria patri.

][Qualiter agi debeat diebus octo ante domini nativitatem. fol. 13r

X. Ante octavum diem natalis domini inchoetur antiphona, *O Sapientia.* Verbi gratia hodie vespere inponitur *O sapientia.* Die crastino provideat armarius quota sit feria et de ipsa cantetur in laudibus quinque antiphonae. Similiter faciant omni die per singulas, ut venerint usque in vigilia natalis domini. In horis cotidie dicatur antiphona, quae super evangelia ebdomadae tertiae habentur. *Dicit dominus* inprimis incipientibus et tum aliae, quae ex ordine secuntur, at ubi minus evenerint, assumantur ex antiphonis evangeliorum septimanae quartae, quae prima nuncupatur ante domini natalem. In ipsa namque ebdomadae IIII^ta^ in die dominico officium *Rorate coeli.* In cotidianis diebus usque vigiliam domini decantetur *Memento nostri domine.*

XI. Dominica IIII^ta^ ad vesperum responsorium,

Non auferetur. Ad nocturnos responsorium, *Canite tuba.*

Vigilia natali domini[1])

XII. Ante nocturnas dicantur triginta psalmi. Invitatorium, *Hodie scietis*; pronuntiandum et evangelium, *Cum esset desponsata.*[(a)] Responsorium, *Sanctificamini.* Capitula ad nocturnos, *Propter syon.* Oratio de adventu, *Praesta quaesumus omnipotens deus, ut redemptionis nostre ventura (solemnitas).* Post haec psalmi familiares seu officium mortuorum vel eorum matutinae persolvantur et processio ad sanctam mariam fiant, sicut mos est cum matutino omnium sanctorum. Ad matutinales laudes antiphona, *Judaea et hierusalem.* Capitulum, *Paulus servus,* et tunc cantor canat in choro suo loco responsorium, *Judaea et hierusalem.* In evangelium antiphona, *Orietur.* Preces, *Ego dixi.* Oratio, *Deus qui nos*

(a) Matth. I, 18.

[1]) In margine: Ad noctur. Hodie scietis. In II° ℣. Crastina die delebitur iniquitas. In laud. ℟. hodie scietis quia ℣. Et mane. ℣. crastina die erit vobis. Ad III ℣. crastina erit. ad VI ℣. hodie scietis. Ad VIIII crastina die delebitur. Ad vesperum primus ℣. Tecum principium.

redemptionis nostrae. Ad primam antiphona, *Antequam convenirent.* Ad III^{am}, VI^{tam} et VIIII^{nam} dicantur aliae, quae conveniunt. Ante tertiam decoretur totum monasterium cum suis ornamentis sic per ordinem. Famuli procuratores nemoris coaptent cortinas lineas, sartores alias cortinas laneas. Monachi pallia atque textus evangelii, necnon et altaria adornentur et chorus atque capitulum et super formulas tapetia.
fol. 13v Nam cum ordinantur phi][lacteriae vestiantur duo ex ipsis in albis. Refectorarii accipiant bancalia, quae coaptentur per omnia sedilia scillas argenteas atque mantilia. Per horas dicat sacerdos orationes de adventu. Ad tertiam agant missam mortuorum sicut soliti sunt. Signum capituli diutius est sonandum, ut cunctis occupationibus praetermissis ad initium omnes conveniant, ut cum Christi domini nostri nativitas pronuntiatur prosternantur omnes in terram contra lectorem, et ipse prostratus jaceat et tunc unus quisque [dicat mente devota, *Pater noster. Deus misereatur nobis.* Oratio, *Deus qui de beatae Mariae virginis utero verbum tuum angelo nuntiante*].[1]) Oratione facta legatur lectio ex evangelio, post sextam cum visa fuerit hora, custos ecclesiae sonat signum, donec conveniant omnes fratres in ecclesiam et communiter orent. Facta oratione induantur infantes albis, unus tantum ex cantoribus in choro cum cappa; signa omnia pulsentur. Sacerdos vestiatur sicut in diebus festis, diaconus in dalmatica, duo subdiaconi tunicis, unus ad prophetiam alter et epistolam. Tres servitores, unus ad turibulum, duo preparentur ad candelabra. Duo fratres, quae cantent responsorium in cappis et in ipso solummodo responsorio concludatur. Laetania non canitur. Quinque candele ante altare ardeant. Ad missam solus prior tres hostias offerat. Ad canonem super formulas conlocentur, unus pacem accipiat. Oblatio dabitur in refectorio et pietantiam habeant ex pisciculis optimam. Panem et vinum de tabulis, quod fratribus remanserit et helemosynarius sumat. Ad vesperam sunt XII^{cim} cerei ante altare. Retro decem et quinque columpne cereorum accensae et per

---

[1]) Totus hic locus [ ] in margine legitur, in textu vero cancellata verba. prout dominus dederit orationem faciat, leguntur.

unus quodque altare unus. Antiphone, *Levate capita*, antiphona, *Scitote*, antiphona, *Completis*, antiphona, *Ecce completa sunt.* Capitolum, *Propter hoc sciet.* Responsorium, *Verbum caro.* Ymnus, *Veni redemptor.* Antiphona, *Cum esset desponsata.* Oratio, *Deus qui nos redemptionis nostrae.* Ad stationem cum expleta fuerint suffragia sanctorum, inchoetur hoc responsorium, *Confirmatum est* ad sanctam mariam eundo. Tunc dicat sacerdos versiculum, *Diffusa est gratia. Dominus vobiscum.* Collecta, *Deus, qui beatae mariae.* Debet namque mittere secretarius in altare majus novem pal][lia; inprimis ponat fol. 14r
pallium totum adornatum auro cum gemmis atque margaritis, deinde alia. A completae hora decem candele per totam noctam ante principale altare ardeant et per unumquodque ex minoribus una similiter.

XIII. Si vigilia natalis domini venerit in dominica,

due nocturne de dominica, tertia cum matutinis laudibus celebretur de vigilia. Ad missam quattuor fratres vestiantur albis, quorum duo responsoria, alii duo *Alleluja* persolvant. Reliqua omnia ut supra praetaxata sunt expleant.

Adveniente domino istec servare memento.

XIV. Jesu Christi Sacratissimo nativitatis die urano arvaque omni ardui venerandique regum regis domini ad vigilias in nocte primitus quam sonentur matutinae sint accensae omnes coronae cum cratibus IIII^or^ centisexaginta tribus vel cereis et quinque columpne cereorum, quae usque mane ardeant. In claustro IIII^or^ luminaria ardeant, per unumquunque angulum unum. In dormitorio ex tribus luminaribus, quae solebant extingui, duo hac nocte accensa maneant. Signa cuncta sonentur quousque pueri veniant. Post trinas orationes duo signa pariter pulsentur. Canticum graduum in alto generaliter dicatur. Ad invitatorium IIII^or^ fratres vestiantur in cappis. Incipientibus *Gloria patri*, tunc secretarii sustollant duo pallia ex altare principali. Similiter faciant prima, secunda atque tertia nocturna inchoantes *Gloria patri* ex responsorio IIII^to^, VIIII^no^, XII^mo^. Super nocturno ante altare quinque candelae, retro tres. Ymnus, *Christe Redemptor* lectiones IIIes de prophetia legatur de sapientia, *Ego sapientia,*[a] vel (a) Prov. VIII, 12.
Omnis scripturae sacrae,[b] tertia lectione per altare vel fratres (b) 2 Tim. III, 10.

unus de sacerdotibus portet incensum. Secunda nocturna legantur sermones patrum. Ad octavum responsorium accendantur he, quae sunt super philacterium et quae ante vel retro
(a) Joann. I, 1. sunt altaris. Evangelium, *In principio erat verbum.*[a] Ad
fol. 14v tres lectiones cum evangelium denique pro][nuntiatum fuerit discooperiatur aurea tabula cum aliis ornamentis, quae super ipsum altare cooptata sunt. Lectio XII^ma^, *Quia largiente domino.* Post expletionem lectionum, evangelium legatur liber generationis; oratio, *Deus qui hanc.* In hac hora signa non pulsabuntur. Sed statim ut expletum fuerit deponant conversi candelabra et infantes ea accipiant cum responsorio decantantes, *O magnum mysterium* vel *Sancta et immaculata* ad oratorium sancte mariae. Tum sacerdos dicat versiculum, *Post partum virgo*, vel *Benedicta tu. Dominus vobiscum*, oratio, *Deus qui beatae mariae virginis partum sine.* Post matutinas omnium sanctorum et *Verba mea* ibi cantatas eant in dormitorium, qui necesse habent. Deinde detur spatium et famuli focum habeant paratum ...[1]) in coquina et in domo infirmorum, ut lavantes manus et facies fratres praeparentur ad missam. Infantes autem omnes secundum consuetudinem ad latrinam pergentes in coquinam eant, in qua focum inveniant a famulis, quos ibi invenientes paratos, videlicet aquam et manutergia tenentes in manibus, lavent manus et facies, ut praesto sint. Tamdiu ibi se debent infantes, usque ad sonitum signi hore missae et venientes oratione facta praeparentur ad sacram. Duo fratres sint in cappis ad officium. Sacerdos vestiantur alba ab auro ornata et levita in dalmatica auro texta. Duo conversi ad candelabra, tertius ad turibulum. Infantes omnes in albis duo ex ipsis in tonicis, unus prophetiam, alter epistolam legat. Quattuor cantores vestiantur, quorum duo responsorium et duo alii qui cantent *alleluja.* Cuncti seniores, in brevi perscripti huic missae parentes, cappis induantur, non solum cantores, sed etiam tres servitores, omnia signa pulsentur. Sacerdos, *Gloria in excelsis Deo* promat, unus offerat, una mittatur hostia, unus pacem accipiat. Missa peracta fiat intervallum, quousque exuti sunt, qui ipsam

---

[1]) Rasura. In ipsa legitur „habeant".

celebraverunt. Ad matutinas autem sonentur omnia][signa. fol. 15r
Dimissis incipiat ebdomadarius matutinas laudes. Antiphona, *Nato domino* et alias, quae sequuntur. Capitulum, *Populus, qui sedebat in tenebris.* Responsorium duo fratres vel etiam quattuor decantent ante altare, *Benedictus qui venit.* Versiculus, *Lapidem;* ymnus, *A solis ortu,* quintam iste, quam alii proprii in *Laus honor virtus gloria* terminentur. In evangelio antiphona, *Gloria in excelsis Deo.* Dum dicte fuerint ipse matutine eant in dormitorium, si noctis aliquid superfuerit pausent fratres. Cum autem viderint custos lucem apparere, sonet signum ecclesiae, quod majus est, et exsurgentes lotis manibus et faciebus in claustro eant in ecclesiam et oratione facta praeparentur ad missam. Tres sint ad officium. Reliqui alia sicut supra. Tres ad illam missam debet hostias diaconus mittere; ad pacem omnes ire et, qui voluerint communicare, faciant. Ista est matutinalis missa. In horis diurnis cotidie dicatur hic versus: *Gloria tibi domine, qui natus est de virgine,* quousque sit conclusus octavus apparitionis dies. Ad tertiam sint albis induti omnes; qua dicta custodes ecclesiae ordinent processionem cum armario sic per ordinem. Quattuor ex senioribus deferant reliquias minores duo ex juvenibus vel infantibus induti tonicis accipiant textus et X[ci] conversi accipiant reliqua alia processionum ornamenta; sicut in his elementis affigimus, hoc ordine procedant:

Aqua	Crucem	Candelabrum	Turibulum	Candelabrum	Brachium	Sceptrum
	Crucificus	Textus	Cas̃	Textus	Pomum	
Tabula	Crucem	Candelabrum	Turibulum	Candelabrum		Sceptrum.[1])

Tum subsequantur infantes cum magistris, deinde domnus abbas, postmodum reliqui sicut sunt priores. Ad oratorium sancte mariae veniant decantando hanc antiphonam, *O beata infantia.* Qua dicta dicat sacerdos versiculum, *Benedicta tu* vel istos in primis, *Post partum virgo. Benedicta tu. Ave maria gratia. Dominus vobiscum;* oratio, *Omnipotens sempiterne deus, qui hunc diem.* Vel *deus qui bea*][*te mariae.* fol. 15v
Qua dicta incipiatur antiphona, *O maria jesse* venientes in claustrum per ordinem sicut prius in basilica ante porta

---

[1]) In textu Sct ptū.

monasterii ibi cantent antiphonam, *O quam casta mater* usque ad finem. In introitu ecclesiae responsorium, *Verbum caro* vel *Descendit de caelis* et pulsent signa. Induantur omnes cappis dante a secretario sive armario et dimissis signis officium incipiant XII[ci] fratres, quibus annuerit paraphonista. Candele sint XII[ci] accese ante altare. Missa expleta signa pulsentur omnia. Per horas tria candelabra accendantur. In refectorio extra libram unum bracialum fratres habeant. Trina propinatio fiat. Ad vesperas XII[ci] sunt cerei ante altare. Retro X[e], et quinque columpne cereorum accense et per unum quodque altare unus. Antiphone, *Tecum principium. Redemptione. Exortum est. Apud dominum.* Post benedicamus domino repetant antiphonam de sancto Stephano cum gloria. Ex hinc antiphonam sanctae mariae. Suffragiis sanctorum dictis, incipiant denuo de festivitate sancti stephani ad altare in honorem illius responsorium, *Videbant omnes.*

Stephanus hunc ritum quaerit servare colendum.

XV. In sancti stephani festivitate sint ad invitatorium duo fratres in cappis vestiti. Lectiones in prima nocturna,
(a) Act. VI, 1. *In diebus crescente numero discipulorum.*[a] In Secunda sermo
(b) P.L. LXV, 729. sancti fulgentii, *Heri celebrabimus.*[b] Primo et secundo nocturno tres candele ante aram et retro unam, IIII[tu] VI[tu] XII[u] responsorium duo dicant. Ad cantica illuminentur omnes cerei. Mox in laude, ut sanctorum suffragia fuerint expleta, incipiatur responsorium, *Patefacte sunt* veniant verum ad altare sancti stephani. Versiculus et oratio de ipso beato. Ad matutinalem missam officium, *Puer natus*; ibidem collecta, *Concede quaesumus* sicut ad missam majorem hesterna die et adjungat tantummodo collectam sci. stephani. Epistola, *Ap-*
(c) Tit. II, 11. *paruit gratia.*[c] Evangelium, *Pastores loquebantur.*[d] Ad majo-
(d) Luc. II, 15. rem VI sint ad officium, omnes sacerdotes atque diaconi circum-
fol. 10r dentur cappis. XII[ci] candel][le ante aram et ad expletionem missae omnia signa pulsentur. In horis tria candelabra accendantur. Ad vesperas, quae super nocturna habentur, de ipso beato dicantur. Dicto *Benedicamus domino,* repetant antiphonam de sancto johanne cum *Gloria patri.* Deinde antiphonam ex domini nativitate; Sacerdos hunc versum, *Benedictus qui venit.* Oratio, *Concede quaesumus.* Ex tunc de ejus

genitrice qualem velit. Versiculus, *Post partum virgo.* Collecta, *Omnipotens sempiterne deus, qui filium tuum.* Post orationem de sanctis incipiatur responsorium, *In medio ecclesiae.* Versiculus, oratio de ipso beato ad sanctae mariae basilicam venientes.

Almos et hos mores, prospectat ab arce johannes.

XVI. Festivitate sancti johannis duo in cappis dicant invitatorium. In primo nocturno lectio de apocalypse. In secundo sermones sanctorum patrum de eadem festivitate. Videlicet: *Audi fabulam et non fabulam.*[1]) Tres candele ante Altare; retro vel singula primo et secundo nocturno adsit. IIII[tu] VIII[vu] XII[mū] responsorium decantantes. Ad cantica augeantur XX[ti] III[es] candele ad divinum obsequium. Missam matutinalem de die natali et collecta sci. johannis. Officium, *Puer natus.* Epistola, *Apparuit.*[a] Evangelium, *Exiit aedictum.*[b] Ad majorem sacram sex officium teneant, omnes sint in cappis sacerdotes atque diaconi. Duodecim candele accendantur. Dum expletur omnia signa pulsentur. In horis tria candelabra accendentur. Ad vesperas dicantur antiphonae de nocturna, quae de ipso sunt. Postmodum repetant antiphonam de innocentibus et de domini natali atque ejus genitricis. Ad stationem responsorium, *Centum quadraginta.* Ad basilicam domini matris pergentes oratio cum *Dominus vobiscum* de ipsis infantibus.

(a) Tit. II, 11.
(b) Luc. II, 1.

Laudibus infantum hunc fratres jungite ritum.

XVII. In natalis martyrum innocentum celebritate. Ad invitatorium duo sint amicti in cappis. Responsorium IIII[tu] VIII[vu] XII[mu] a duobus dicantur. De illuminatione ecclesiae sicuti sci. johannis die agant. Primas lectiones, *Et vidi cum aperuisset sigillum quintum.*[c]][Dehinc sermones patrum legant. Evangelium legant post lectionem, *Ecce apparuit angelus domini* usque noluit *consolari, quia non sunt.*[d] In laude post expletionum sanctorum commemorationis. Ad stationem responsorium, *Hi sunt, qui cum mulieribus.* Versiculus atque oratio de ipsis. Dictis matutinis revertantur in dormitorium ad dormiendum. Custodes ecclesiae inalbent se et colligant

(c) Apoc. VI, 9 fol. 16v
(d) Math. II, 13.

---

[1]) Bibl. Cassin. II. Florileg. Cassin. p. 75. P. Gr. XX, 257; cf. etiam Wiegand, Das Homiliar Karls d. Gr. p. 26, no. 32. Ordo Cluniacensis apud Herrgott. Vet discipl. monast. p. 290: In secundo Nocturno Sermo de historia ecclesiastica: Audi fabulam.

coronam auream et philacterias cunctas, quae ante altare sunt cooptate. Deinde postquam se exuerint tollant tapetae ex formulis. In horis tres candele accendantur. Ad matutinalem missam, officium *Puer natus*. Oratio, *Concede quaesumus*.
(a) Tit. II, 11. Aliaque de parvulis. Epistola, *Apparuit*.[a] Evangelium, *Pasto-*
(b) Luc. II, 15. *res loquebantur*.[b] Majoris autem sacrae sint ad officium sex.
(c) Marc. II, 13—18. Candele XII^ci^. Evangelium, *Ecce angelus domini*[c] usque *noluit consolari quia non sunt*. In expletione ipse sacrae pulsentur omnia haeramenta. Ad vesparas antiphona, *Angeli eorum*. Psalmus, *Dixit dominus*. Antiphona, *Vox in rama*. Psalmus, *Beatus vir*. Antiphona, *Sub throno dei*. Psalmus, *Laudate pueri*. Antiphona, *Cantabant sancti*. Psalmus, *In convertendo*. Dicto benedicamus domino repetant antiphonam ex domini natali. Ad stationem conveniant ad oratorium sanctae mariae canendo responsorium de ipsa beata. A natali domini usque in octavam epyphaniae unusquisque ymnus sanctorum infra ista sollempnia venientum cum sua tantum gloria terminetur.

XVIII. Quid agi debeat, si dies dominicus incurrerit infra ista sollempnia.

Si venerit dies dominicus per ipsam celebrationem. Ad invitatorium vestiantur duo fratres in albis dicat antiphonam, *Christus natus est nobis* in eodem tono sicuti die natalis ejus fuit. Primo nocturno antiphona, *In principio* vel *Nato Domino*. Lectiones legant de apostolo in ea, quae prima epistole ad romanos conscripta est. Responsorium, *Angelus ad pastores*. *Benedictus*, *Nesciens*, *O regem caeli* et alia, sicuti conscripta sunt, VIII^vo^ die in antiphonario. Secundo nocturno antiphona, *Genuit puerpera regem*. Ad cantica antiphona,
fol. 17r *Facta est cum angelo*. Evangelium, *Erat joseph*.][In laudibus antiphona, *Angelus ad pastores*. In evangelio antiphonam, de illo quod recitatum est, dicant. Deinde postmodum repetant antiphonam de domini natali. Matutinalis missa eademque de ipso domino, oratio, *Concede quaesumus*, alias, *Deus qui beatae* et aliae, quae consuetudinariae sunt dicende ipsis dominicis. Ad sacram majorem unus sit ad officium in choro cum cappa, et unicus infans cum tunica, alii vero in albis maneant. Quattuor fratres albati, quorum duo responsorium

alleluja persolvant et omnia dicant de dominico die. Ad vesperas antiphona, *Tecum principium* et aliae, quae sequuntur, quas pueri pronuntient. Responsorium et *Benedicamus domino* in suo loco dicat unus ex ipsis. Antiphona ad Magnificat de evangelio ipsius diei dicatur, *Puer Jesus.* Postmodum recapitulent antiphonam domini nostri salvatoris et orationem, *Praesta quaesumus omnipotens deus, ut natus.* Ad stationem pergant ad sanctam mariam cum antiphona ipsius beatae.

XIX. Item de ipsa celebratione, quae fit privatis diebus.

Infra octavam domini in cotidianis diebus. Invitatorium, *Christus natus est.* Duo signa pulsent ad expletionem cantici graduum. Primo et secundo nocturno antiphonam pueri dicant, una tantum per singulos. Tres candele ante aram, unam ex his in posteriore parte ponatur. Evangelium non pronuntiabitur. Lectiones legant de apostolo responsorium, *Angelus ad pastores.* In secundo nocturno cum medietas ex psalmis fuerit perfinita, augeantur tres cerei et tabula discooperiatur. Peracto denique nocturnali obsequio, omnia signa pulsentur et cantent laudes matutinas. Ex hinc fratres officionarius debet imponere antiphonam. In primis in hoc loco, *Angelus ad pastores.* In horis similiter ipsa promat. Alias antiphonae, quae conveniunt. Sacerdos in alba cum incensu circumeat altaria. Ad processionem pergant ad sanctam mariam. Postquam matutinas ibi dixerint de omnibus sanctis sive, *Verba mea* revertantur in dormitorium. Ante primam sustollant textus evangelii, pallia, fastergia necnon et cyatos de ecclesia. In capitulo legatur][fol. 17v
evangeliis domini natalis homelia quale voluerint de illis. Dies illos sollempniter agant; non sonetur tabula nec loquantur in claustro, sed mox ut surrexerint, provideat unusquisque suis indigeriis. Aclamantibus manibus eant vacentque lectionibus in ecclesia. Cum custos insonuerit signum, faciant deprecationem et agant missam matutinalem; hac deinde ad Sanctus revestiantur illi, qui officium agere debent. Sicut mox[1]) in duodecim lectionibus. Ad vesperas antiphona, *Tecum principium.*

XX. Festivitate Sancti Silvestri duo sint

vestiti albis. Ad invitatorium lectiones atque responsoria

---

[1]) Forsan: mos.

(a) Matth. XXV, 14. faciant de ipso. Evangelium, *Homo quidam peregre.*[a] In laudibus repetant antiphonam in primis de domini natali deinde beatae virginis mariae et postmodum de sancta columba. Ad stationem procedant ad oratorium sanctae mariae canendo antiphonam, *Magnificavit eum,* versiculum atque orationem de ipso beato. Matutinalem missam dicant de domini natali et collectam ex praefato cum aliis consuetudinariis. Ad vesperas priusquam scilla sonetur, ordinentur tapetia super formulas. Candele quinque ante altare recoaptentur. Antiphona, *Juravit dominus* et aliae, quae sequuntur. Capitulum, *Multiplicabitur eis.* Responsorium, *Hic, qui advenit* duo fratres ante altare. Ymnus, *Veni redemptor.* Collecta, *Concede quaesumus omnipotens deus, ut nos unigeniti. Benedicamus domino* ad gradus. Deinde repetant antiphonam de sancto silvestro cum gloria patri. Ex hinc sanctae mariae. Ad stationem responsorium, *Descendit de coelis* et eant ad oratorium sancte mariae, orationem de ipso domino nostro, quam velit, dicat.

XXI. In octava domini duo sint in cappis ad invitatorium. Lectiones legantur de homelia *Postquam consummati sunt.* Responsorium, *Hic qui advenit* et alia, quae consueta sunt. IIII^{ta} VIII^{va} a duobus fratribus XII^{ma} a tribus decantetur. Quinque candele ante aram. Evangelium, *Pastores lo-*
(b) Luc. II, 15. 21. *quebantur*[b] adjungentes, *Postquam consummati sunt.* In laudibus repetant antiphonam de domini genitrice cum gloria patri. Ad stationem responsorium, *Sancta et immaculata*, ad ipsam dominam properantes. Versiculus et oratio dicatur de domino
fol. 18r salvatore.][Per horas IIIes candele. Matutinalem missam ibidem. Officium, *Vultum tuum.* Oratio, *Deus qui salutis*
(c) Tit. II, 11. *aeternae.* Epistola, *Apparuit gratia.*[c] Evangelium, *Pastores*
(b) Luc. II, 15. 21. *loquebantur.*[b] Ad majorem missam tria velamina super aram, duo sint ex pallio, tertium album. Quinque candele sint ante ipsam; addentur duae aliae, quas conversae deferunt et fiunt VII^{tem}. Omnes sacerdotes atque levitae cappis adornentur. Officium, *Puer natus est.* Responsorium, *alleluja,* offertorium, communio sicuti ibi est et collecta et omnia sicuti in die natali domini dicta fuerunt ad missam majorem, ita dicantur praeter
(c) Tit. II, 11. epistolam et evangelium quod dicende sunt iste *Aparuit.*[c]
(d) Luc. II, 15. 21. *Pastores*[d] adjungentes *postquam impleti sunt.* Prephatio sicuti

ejus octava adfixa est libro sacramentorum. Ad expletionem missae omnia signa sonentur. In refectorio sint tabulae coperte. Ad vesperae antiphona, *Tecum principium* et aliae, quae secuntur. Postmodum repetant antiphonam de sco stephano cum *Gloria patri,* deinde gloriose genitricis. Ad stationem responsorium, *Continet in gremio.* Versiculus et oratio ex ejus gloriosa.

XXII. Octabas stephani sic fratres currite sancti.

Octava sancti stephani

faciant tres lectiones et per unumquemque nocturnum singulas antiphonas de domini natale dicant. Psalmi familiares nec assumantur. Sed mox, ut habuerint nocturnale obsequium peractum, agant officium mortuorum et eorum matutinum et cum expletum fuerit laude matutina unum tandummodo signum pulsetur et quinque antiphonae dicantur praefati sancti. Postmodo, ilico sanctorum suffragia peracta habuerint, veniant in basilica sancte mariae canendo antiphonam ejusdem beatae. Tunc agant ibi sanctorum matutinas. *Deus auribus* et quinque psalmos pro defunctis, et si aliquid superfuerit noctis eant soporis in stratis suis. Ad primam *Miserere mei deus, secundum magnam,* VIIte psalmos atque laetaniam et missam pro defunctis. Post capitulum mox ut fuerint dicti Ve psalmi, sonet tabulam et loquantur in claustro usque horam tertiam. Post capitulum ex infantibus peractum, scillam secretarius sonet, ut recipiat unusquisque familiarius pensas suas sive pueri velocius agant, quod agendum][est, ut hora quod opus dei est fol. 19v
faciendi, ne transgrediatur. Namvero statutum est postquam insonuerit nulli sit licentiam ibidem moram innectere magistros vel ipsos infantes etiam si nec quicquam aliquid patratum habuerit, et si aliquibus extra hos, quod intulimus transgressi fuerint, quisquis ex fratribus viderit in crastino quaerelletur. Denique post, ut sonaverit custos signum majus, conveniant omnes in ecclesiam et faciant orationem. Tunc revestiantur sacerdos, diaconus, tres infantes atque conversus, denuo pulset signum et agant tertiam. Qua expleta promat unus ex infantibus laetaniam. Deinde missam. Offerendam faciat medietas tantum fratrum et pacem, et deinceps per horas imponant antiphonam ex domini natali ea, quae sunt super

evangelia. Ad vesperam similiter unam assumant et psalmos ex feria. Similiter sancti johannis atque innocentum octavis faciant. Ad stationem venientibus responsorium sive antiphona beatae mariae dicantur. Diebus namque illis, qui restant post octavam usque in epyphaniam, omnia agant ex domini natalicio, praeter lectiones, quae legantur de apostolo.

XXIII. Ista theophaniae servemus in ordine vitae.

Vigilia Teophaniae domini adornetur dimidia ecclesie ante primam, videlicet presbyterium et chorum. Ad missam dicatur officium, *Dominus dixit.* Oratio, *Corda nostra.* Epistola, *Ap-*
(a) Tit. III, 4. *paruit benignitas.*[a] Responsorium, versiculus, *Benedictus qui venit, Alleluja. Dominus dixit.* Evangelium, *Defuncto autem*
(b) Matth. II, 19. *herode.*[b] Offertorium, *Letentur coeli.* Communio, *Exulta satis.* Jejunium non faciant ipso die. Si ipsa occurrerit die dominica missam matutinalem agant de vigilia; majorem ex dominica. Ad vesperam X^{ce} candelabra cum cereis ante aram ponant et IIII^{or} posterius. Testes evangeliorum cunctos adornent desuper ipsam aram; signa non duo insimul inprimis pulsabuntur, sed tantum unum. Antiphona, *Stella ista,* psalmi ex feria ipsius diei. Capitulum, *Surge, illuminare.* Responsorium, *Columbe speciae,* vel *Illuminare, illuminare.* Ymnus, *Veni redemptor.* Turibula duo sacerdotes deferant circumdati cappis. Antiphona, *Magi viderunt stellam.* Oratio, *Deus*
fol. 15v *illumina.*][Ad stationem responsorium, *Tria sunt munera, quae obtulerunt.* Tunc sacerdos dicat versiculum, *Benedicta tu;* oratio, *Deus qui beatae mariae.* Invitatorium IIII^{or} cappis vestiti decantent. Responsorium a duobus pronuntietur. In primo atque secundo nocturno tria candelabra ponantur et posterius unum. Lectiones priores de prophetia, *Omnes si-*
(c) Isai. LV, 1. *tientes.*[c] In uno nocturno sermones de ipsa die. Ad cantica augeantur VII^{te} ante ipsam, retro quinque. Super vecticam XII^{ci}. Ad stationem responsorium, *Videntes stellam.* Oratio de beatissima virgine. Ad matutinalem missam unam tantum collectam proferat sacerdos. Introitu missae omnes se adornent cappis etiam idiote. XII^{ci} cerei sunt ante altare. In expletionem missae signa pulsentur. Ad horas regulares tria lumina illuminentur. Ad vesperas antiphona, *Tecum principium.* Antiphona, *Redemptio.* Antiphona, *Exortum.* Anti-

phona, *Apud Dominum.* Ad stationem antiphona, *Nesciens mater* tam modernam quam per totam moderationem ipsius usque ad octavum diem dicende sunt. Antiphona sive responsorium de domini natali, quae veniunt de ipsa beata. Invitatorium, *Christus apparuit nobis.* Per unamquamque nocturnam una tantummodo antiphona, quae cum ipsis psalmis coaptetur. Sin alias non se similant, dicant illas, quae in evangelio inveniuntur, lectiones epistolarum pauli. Responsorium, *Hodie in iordane* et alia, quae sequuntur. Familiares psalmos non imponant. Sed ilico, ut fuerit ipsum obsequium consummatum, agant vigilias mortuorum et illorum matutinum. Exin signum pulsent et laudes incipiant. Et hae antiphonae dicende sunt una tantum per unumquemque diem ad ipsas laudes, *Apertis thesauris. Maria et flumina. Videntes stellam magi.* Ipsa matutina peracta in alium chorum veniant, ibidem agant sanctorum matutinas, *Deus auribus nostris* et V^{e} psalmis pro defunctis. Secretarii quippe sustollant ornamenta de ecclesia. Ad primam psalmus, *Miserere secundum*; septem psalmos et laetaniam. Ad capitulum dicant, *Deus in adjutorium* et genua non flectatur. Similiter ad horas. Usque tertiam horam loquantur in claustro. Mox ut signum pulsaverit eant in ecclesiam, faciant orationem, et vestiat se sacerdos et alii, qui ipsum ob][sequium debent adimplere. Per horas videlicet fol. 19v
antiphonam dicant de evangelio, vel illas, quas ad nocturnos habent. Missa vero sicuti habetur in ejusdem festivitate ita peragatur. Sed tamen providendum est de ipsis duabus diebus, quas IIII^{ta} et VI^{ta} nuncupamus feriam ut dicant officium, *Venite adoremus*; oratio, *Omnipotens sempiterne deus dirige.* Epistola sicut ibidem invenitur. Responsorium, *Benedictus dominus deus israel, qui facis. Alleluja, Jubilate.* Evangelium vero sicut in ipsis diebus feriatis afixa sunt in texto evangelii. Offertorium, *Jubilate Deo.* Communio, *Fili quid fecisti nobis.* Ad vesperam solummodo una antiphona terminetur cum psalmis, qui diatim veniunt.

XXIV. Sancti quippe

hylarii festum atque octabas, quae simul veniunt congrue celebrare non possumus, nisi primum de sancto praedicto ante fecerimus, ut antecessores nostri fecerunt. De ipso

vero ad vesperas faciant sicuti mos est facere natalicia confessorum. Antiphona ad magnificat, *In medio ecclesiae* peracto *Benedicamus domino* dicenda est antiphona ex apparitione. Ad stationem vero responsorium, *In medio ecclesiae*. Collecta de ipso beato. Lectiones atque responsoria omnia ex ipso. In laudes post petratum *Benedicamus domino* repetant antiphonam de epiphaniorum die. Matutinalem missam ex apparitione dicant. Etiam si dies dominicus fuerit, ita peragatur, nisi tantum, quod collecta potest dici, demum et aliae consuetudinariae. Majorem agant de ipso sancto. Officium, *In medio ecclesiae*. Collecta sicuti in festivitate sancti silvestri. Epistola,
(a Sap. VII, 7. *Optavi et datus est.*[a] Responsorium, *Ecce sacerdos. Alleluja,*
(b Math. XXV, 14. *Justus germina*(bit). Evangelium, *Homo quidam peregre.*[b] Offertorium, *Justus ut palma.* Vesperas faciant de ipso beato. Ad magnificat antiphona, *O beatum virum, cujus.* Expleto *Benedicamus domino*, antiphona ex domini apparitione prosequatur.

Taliter octabis peragatur teophaniae.

XXV. Octava Epyphaniae

duo sint fratres ad invitatorium vestiti albis; duodecimum responsorium post gloriam dictam a capite repetant. Evangelium post ymnum, *Te deum laudamus. Factum est autem cum*
(c Luc. III, 21. *baptizarentur omnes.*[c] Collecta, *Deus cujus unigenitus.* Ante
fol. 2^v primam bancalia in capitulo][ordinentur super sedilia fratrum. Matutinalem missam de ipsa celebratione dicant. Majorem sicut in ejus fuit die. Collecta, *Deus cujus unigenitus.* Epistola, *Domine Deus meus honorificabo te.* Evangelium, *Vidit*
(e Joan. I, 29. *johannes.*[e] Ad vesperas antiphona velut ante fuit.

XXVI. Dominicam quae

evenerit post hunc octavum. In die sabbati ad vesperas responsorium, *A dextris est mihi.* Vitatorium, *Preoccupemus,* lectiones de apostolo. Responsorium, *Domine in via tua.* Ad processionem, postquam dictum fuerit *Asperges me,* eant ad oratorium gloriosae virginis mariae, canendo hunc responsorium, *Descendit de caelis.* Dicta oratione in infirmorum domo veniatque ante altare sacerdos dicat hunc versiculum, *Benedicta tu. Dominus vobiscum,* oratio de ipsa beata. Dehinc revertantur per claustrum canendo hanc antiphonam, *O maria*

jesse. In ecclesiam introeuntibus responsorium vel antiphonam de sanctorum reliquiis imponant, quorum ibi consecratae sunt; usque purificationem hoc faciant. Et si primitus occurrerit septuagesima quam ipsa festa, ibi dimittantur antiphonam. *O maria jesse*. In cotidianis diebus in evangelio antiphonae sicut per unumquemque diem afixe sunt in antiphonario, ita dicantur. Ad vesperam vero antiphona, quae ex evangelio ipsius septimanae habetur per unamquamque usque feria IIII[ta] capud jejunii sic persolvatur. Nam in ipsis supradictis dominicis, si aliquid sanctus supervenerit, unde XII[cm] lectiones faciant, omnia de sancto agant, et feriatis diebus dicant. quae restant de dominicis diebus. Item ex his diebus, si aliquid munus supervenerit ex officiis hoc istum exsolvat. *Adorate dominum*; oratio, Epistola et Evangelium quale fuerit. Nam quod supererint de ipsis dominicis in cotidianis diebus dicant.

XXVII. Festivitas sancti Mauri,

disciplui patris nostri benedicti. Ad vesperum responsorium, *Sanctissime confessor*. Ymnus, *Iste confessor*. Antiphona, *O sanctissime*. Collecta, *Intercessio nos quaesumus*, dehinc sanctorum suffragia finita hanc antiphonam ad stationem canendo peragant, *O beati viri*, oratio de ipso. Vitatorium duo fratres][cappis induti canant. *Confessor domini*. Lectiones VIII[to] de ejus vita, responsorium, *Euge serve bone*. Quartum quippe duo fratres ante altare, *Sanctissimus Maurus*; VIII[vū], *Sanctissime confessor*. Omelia, *Dixit symon petrus*[a]; XII[mū] quippe, *Beatus vir maurus*. Alium, *O beati viri mauri*. In In evangelio antiphona, *Sanctissime*. Ad statio de ipso quo conveniant. Ad missam officium, *Os justi*, collecta, *Intercessio*. Epistola, *Beatus vir qui inventus est*.[b] Evangelium, *Dixit symon*.[c] Ad vesperam antiphonae de confessoribus.

fol. 20v

a In officio monastico legitur hodie. Homilia s. Hieronymi presbyteri lib. II, comment. in Matth. cap. XIV.
b Eccli. XXXI, 8.
c Matth. XV, 26.

XXVIII. In celebratione

Sancti marcelli ad vesperam, postquam dicta fuerit collecta beatissimi mauri, repetant antiphonam ex ipso beatissimo cum *Gloria patri*. Deinde sanctorum suffragia peracta, eant canendo ad ejus locum hunc responsorium, *Sancte marcelle*. Sacerdos dicat versiculum, *Magna est gloria ejus*; oratio, *Laetetur ecclesia*. Ipse locus apte sit decoratus, et tria

candelabra ante ejus aram assint, praeter illa, quae infantes deferunt. Vitatorium duo fratres cappis ornati persolvant, *Adoremus Christum.* Lectiones de ejus passione octo; responsorium, *Iste sanctus.* Quartum, *Ora pro nobis* duo fratres ad gradus; octavum, *Sanctae marcelle.* Evangelium de homelia
(a) Matth. XXV, 14. *Homo quidam peregre,*(a) XII^mu responsorium, *Agmina sacra.* Missam quippe sicut in ipsius est sollempnitate. Vesperas ut mos est agere de una martyrum ita agatur.

XXIX. In festivitate

Sancti Sebastiani atque Fabiani ad vesperas, etiam si dominicus dies inventus fuerit, sic persolvat hoc responsorium, *Sebastianus vir christianissimus.* Ymnus, *Sanctorum meritis.* Antiphona sicut est in autenticis; oratio, *Infirmitatem nostram;* pluralem dicat. Denique sanctorum supplementa peracta hunc responsorium initient pergendo ad stationem, *Beatus es et bene tibi erit,* collecta de ipso; in laude repetant antiphonam ex sancto Fabiano. Denuo ad processionem responsorium hoc resonent, *Elegit dominus virum* cum sua collecta. Missam matutinalem plurimorum martyrum dicant. Adjungentes, *Infirmitatem nostram* et illas, quae solite
fol. 21r sunt di][cere cotidianus diebus. Ad majorem tantummodo *Infirmitatem nostram* et *Deus qui beatum sebastianum.* Proprium alium ut conscriptum est in sacramentorum libro. Vespera denique dicende sunt antiphonae, quae super nocturnos fuerunt.

XXX. In Sollempnitate Beatissimae agnes.

Ad vesperas post dicto domino benedicamus repetant antiphonam, *Christi virgo* cum gloria patri de ipsa beata. Cum sanctorum supplementa peracta fuerint inchoet hoc responsorium, *Amo christum.* Oratio de eadem beata; *Supervenite* duobus in albis dicant. In laudibus sanctorum aminicula expleta hoc responsorium inchoent, *Omnipotens adorande,* oratio de eadem. Missa vero sicuti in sacramentorum continetur ita persolvatur. Ad sinaxim vespera antiphonae, quae in nocturnali obsequio habentur, canantur.

XXXI. Festivitate magnificentissimi vincentii. Ad vesperum capitulum de ipso beato amministret et fratres bini ante altare. Responsorium hoc melodientur, *Ssmus vincentius.* Exactis

sanctorum suffragiis cum hoc responsorio ad stationem pergant, *Gloriosus dei amicus*, collecta de ipso. Ad vitatorium duo sint in cappis. Lectiones octo de ipsius passione, IIIIta VIIIvū XIImū responsorium a duobus fratribus decantentur. Homelia, *Nisi granum frumenti.*[a] In laude sanctorum suffragia beatorum conclusa responsorium hoc imponant peragrantes ad stationem *Meruit esse hostia*, collecta de ipso cum versiculo anteriore et *Dominus vobiscum*. Vespertinas synaxim antiphonae, quae in nocturnale obsequium fuerint, promant.

(a Legitur in officio monastico in festo Unius Martyris homilia August. in Joan. XII, 24 (P. L. XXXV, 1766).

XXXII. Haec ypopanti gaudentes agite cuncti.

Purificatione gloriosae virginis mariae, dum seniores edunt, a secretariis decorentur dimidia pars aecclesiae. Oratorium vero ipsius beatae totum adornabitur. Ad vesperam XIIci candelabra anteriora arae, et posteriora ejus Vque. Capitulum, *Ecce mitto angelum.* Responsorium, *Responsum acceperat;* ymnus, *Ave maris stella.*][Antiphona, *Cum inducerent;* oratio, *Perfice in nobis.* Ad stationem eant canendo ad aedem ejusdem genitricis hoc responsorium, *Beata es maria.* Versiculus a sacerdote dicatur, *Benedicta tu in mulieribus. Dominus vobiscum*, oratio de ipsa domina, *Erudi quaesumus domine plebem tuam.* Invitatorium IIIIor fratres in cappis canant. Lectiones de sermonibus patrum. Responsoria a binis ac binis cantabuntur. Tres candele ante aram, et posteriora ejus una; primo et secundo nocturno erunt ita. Ad canticum autem augeantur VIIIIvē anteriori parti et posteriori VIIte. Superiori ipsius XVcī. Cantica, *Populus, qui sedebat in tenebris.*[b] Ad stationem responsorium, *Hodie virgo maria.* Sacerdos dicat versiculum, *Ave maria gratia.* Oratio, *Deus qui salutis aeternae.* Ante primam sint tres calices aurei super altare et duo candelabra aurea, quae jugiter ardeant in ipso die, et per omnes horas tria accendant ante ipsam aram. Ad matutinalem munia tantummodo una collecta dicatur in eadem basilicam. A sanctus, sanctus cuncti vestiantur fratres in albis. Expleta ipsa sacra sonetur signum, faciant orationem. Denuo pulsato reddant horam. Ipsam exacta accipiant IIIIor seniores reliquias minores, textos evangeliorum duos pueri tunicis induti, conversi duos cruces, tertium crucifixum aureum. Aquam sanctam, duo turibula aurea, necnon et IIIIor candelabra.

fol. 21v

(b) Isaia IX, 2.

Exhinc continuo incipiant hanc antiphonam, *O beata infantia,* et eant sic per ordinem ad oratorium sanctae gloriosae virginis. Inprimis ipsius processionis subsequantur eos infantes cum magistris. Deinde seniores bini ac bini sicut priores sunt et tunc conversi, qui nesciunt cantare. Ad ultimum domnus abbas suam pastoralem virgam gestans in manibus. Antiphona pernotata peracta, dicat sacerdos versiculum, *Benedicta tu. Dominus vobiscum.* Collecta, *Deus, qui salutis aeternae.* Qua dicta omnibus congregatis fiat oratio sub silentio, cumque fecerit signum prior pariter surgant. Ac deinde accedat sacerdos in antea prope altare et dicat hunc versiculum, *Post partum. Dominus vobiscum.* Oremus, *Erudi quaesumus domine plebem tuam.* Deinde cereos benedicat et
fol. 22r aquam aspergat benedictam super eos ac timi][amatizet altare in primis, postmodum cereos. Ex tunc accipiant IIII^or^ secretarii bini hinc ac duo inde, quorum videlicet duo ex his donent fratribus et infantibus, illi duo deportent cereos ad eos, quasi modum servitii impendendo. Fratres vero unusquisque cereum suum accendat ad alium fratrem juxta se stantes. Pueri denique nullo modo ad alium fratrem accedant ad illuminandum suum cereum etiam inter semetipsos nisi ad magistros suos tantummodo. Cantor imponat antiphonam, *Lumen ad revelationem.* Incipientibus vero pergere dicantur aliae, quae conveniunt, videlicet, *Ave gratia plena. Adorna thalamum tuum. Responsum acceperat.* Tabulam quoque debent accipere ferendo de ipso oratorio, ubi imago nostri domini est depicta et genitricis ejus. Sicuti enim venerunt ita revertantur per ordinem in claustro, sicut hic demonstramus:.

Aqua.	Crucem.	Candelabrum.	Turibulum.	Cantor.	Brach-	Scep-
sancta.	Crucifixum.	Textes.	Cassula.	Tex̄	ium.	trum.
Tabulam.	Crucem.	Candelabrum.	Turibulum.	Cantor.	Pomum.	Septrum.

Peracta omnia, quae dicenda erant in galilea introeuntibus in ecclesiam hanc antiphonam perstrepant vel concinnant, *Cum inducerent,* sonantibus omnibus eramentis. Tunc dentur ab armario vel secretario ab omnibus cappae etiam ad conversos, ad pueros quippe condonentur tunicae. Ad missam candelabra, quae sunt ante aram et ejus posteriora universa accendantur. Officium, *Suscepimus deus.* Epistola, *Haec*

dicit dominus, Ecce ego mitto angelum meum.[a] Evangelium, *Postquam impleti sunt.*[b] *Credo in unum Deum* imponant. Cerei cuncti offerant sacerdoti. Ad expletionem missae omnia signa pulsentur. In refectorio debent esse tabulae coopertae. Post prandium exspectetur servitores ad nonam atque lectiones vacent. Surgentibus a refectione[1]) tunc pulsetur signum et procedant omnes in ecclesiam et pueri ante altare faciant orationem. Qua facta pulsentur denuo signum et tunc reddant horam. Expleta eant bibere in refectorio][sonante ante cymbalo. Si haec festivitas ante septuagesimam evenerit ita fiat. Ad vesperam antiphonae, *Tecum principium. Redemptionem. Exortum est. De fructu ventris.* — Sequitur: Quando ipsa festivitas simul venit [2])

a) Malach. III, 1.
b) Luc. II, 22.
fol. 22

cum die dominico. Omnia faciendum est de festivitate et una tantum processio sit ornamentorum omnium et candelabrorum sicut jam notatum est superius. Officinarum ora*tiones,*[2]) quemadmodum moris est facere die domini resurrectionis, ita agant. Antiphonae ad ipsum diem pertinentes dicant. — Subjunguntur de ipsa *sollempnitate.*[3]) Item de ejusdem festivitate. Si in [*septua*]gesima[4]) aliquando perventa fuerit die sabbati ipsa festivitas caelebretur. Post refectionem autem servitores expectentur ad nonam. Vespera quippe ex ipsa caelebratione omnia faciant et repetant postmodam antiphonam de septuagesima.

Item aliud ex sacratissima.

Si vero ipsa caelebritas post septuagesimam adventaverit, *Gloria in Excelsis deo* non dicatur. Responsorium, *Suscepimus deus.* Tractum *Diffusa est gratia,* cum sequentibus versiculis. *Ite missa est* nullatenus resonent in hoc die.

Paulus conversus sibi tales exigit usus.

XXXIII. Conversione Sancti Pauli ad vesperas capitulum, *Saulus adhuc spirans minarum.* Responsorium, *Ibat igitur.* Ymnus, *Doctor.* Sacerdos revestiatur in cappa. Antiphona,

---

1) Primitus in textu legebatur „ad refectionem".
2) Rasura.
3) sollempnitata in margine.
4) Syllaba „gesima" in textu legitur adhuc.

Saulus autem. Oremus, *Deus, qui universum mundum.* Vitatorium duo fratres in cappis personent. Ymnus, *Exultet caelum.* Quattuor priores lectiones de actibus apostolorum,
(a) Act. IX, 1. *Saulus adhuc.*[a] In secunda nocturna de moralibus, *Beatus igitur iob*, subaudi ubi sequitur iste versus: *Numquid volet*
(b) P. L. LXXVI, 571. *rinoceros servire tibi?*[b] Tertio homelia ex evangelio, *Dixit Symon petrus.* Antiphona, responsorium quemadmodum in ejus conversione adfixe sunt in autentico. Infantes ad nocturnales obsequium in fine psalmi non pronuntient antiphonam, quemadmodum soliti sunt, sed versuum initia dicant. Similiterque faciant cunctis festis, que versus habent. Responsorium IIII^tū^ duo decantent ad gradum. Octavum tres. XII^mū^ IIII^or^ persolvant. Ad missam officium sicut in ejus festo anteriore ita
fol. 23r dicatur praeter orationem][et epistolam, quae ista dicendia (!)
(a) Act. IX, 1. est, *Deus, qui universum mundum. Saulus adhuc.*[a] In refectorio tabulae cooperiantur. Ad vesperas quippe dicantur antiphonae nocturnales sine versibus. Capitulum de ipso beatissimo. Ymnus, *Doctor egregie.*

XXXIV. In caelebritate sancti johanni, viri magnifici, quo est in natale agnetis secundo. Octo lectiones de praefato dicto confessore. Ad cantica antiphona, *Inventa bona.* Homelia de ipsa virgine. Responsorium, *Diem festum.* In laudibus antiphona, *Ingressa agnes.* Matutinalem missam de eadem beata. Majorem sancti johannis.

Festivitate sanctae Agathae.

XXXV. Ad vesperum responsorium, *Vidisti deum et expectasti.* Ymnus, *Martyris ecce.* Ad stationem responsorium, *Ego autem adjuvata.* Oremus de ipsa beata. Ad nocturnos ymnus, *Jesu corona virginum.* Lectiones octo de sua passione. In tertio homelia de virginibus. In laudibus ymnus, *Virginis proles.* Ad sanctorum suffragia finita hoc responsorium decantando eant ad ejus aram, *Beata agatha ingressa.* Oremus de eadem martyra.

Si post septuagesimam inventa fuerit. Ad sacram responsorium hunc resonent, *Adjuvavit ea.* Tractus, *Qui seminant in lacrimis.* Ad vesperam nocturnales antiphonae imponantur. Ymnus, *Martyris ecce*, et reliquum cursum, quí convenit.

Hoc in litoribus chobar concinnite planctus.

Sabbato Septuagesima.

XXXVI. Ad vesperum responsorium, *Viderunt te aquae deus.* Ymnus, *O lux beata trinitas. Alleluja, Alleluja. Puer jesus.* Oremus, *Praeces perpetui.* Vitatorium duo in albis persolvant, *Alleluja, alleluja.* Ymnus, *Primo dierum omnium.* In primo nocturno antiphona, *Alleluja. Ego sum pastor bonus.* Lectiones octo de, *In principio.*[a] Prima prologus, Desiderii mei. Responsorium, *Alleluja, dum praesens est.* In secundo antiphona, *Dulce lignum alleluja, alleluja.* Ad cantica, *In domino alleluja, alleluja.* Homelia Beati Gregorii, *Simile est regnum.*[b] In laude autem dicatur *alleluja,* sicut inserte sunt in antyphonario. Responsorium, *Haec est dies quam fecit dominus alleluja, alleluja.* Versiculus, *Exultemus et laetemur in ea alleluja, alleluja.* In evangelio, *Alleluja, alleluja.* Antiphona, *Et respicientes. Benedicamus domino* Puer (!) cum alleluja dicatur (!) in suo ordine stante. Respondeant][cuncti *Deo gratias alleluja, alleluja.* Deinde requiescat usque ad diem magnum decretum, ut denuo cum exultatione et gaudio resonemus. Exhinc debent inchoare duos psalmos pro defunctis, quos dimiserant Kalendis Novembris, *Ad dominum cum tribularer* et *De profundis.* Per horas dicendae sunt antiphonae de evangelio ipse die recitato. Ad primam capitulum, *Domine miserere nostri.* Ad missam induantur ebdomadarius frater cappa ad officium inchoandum. Diaconus casula, qui dum habuerit aromatizata altaria exuat se et complicet illam; per medias scapulas coaptetur, qui tandium habeat quoad usque corporalem reddat et deinde sicut prius induat se. Subdiaconus cum sua perstet usque dum Kyrie eleyson inchoatur et tunc exuatur. Lecta epistola induat se et per totam ipsam sacram habeatur. Ex tunc nulla festivitate subdiaconus tunicam vel diaconus dalmaticam usque caena domini. Nec *Gloria in excelsis deo* dicatur sacerdos ad missam. Nec ad finem *Ite missa est* diaconus. Ipsa die debent esse tabulae refectorii coopertae; saginaque non amplius usque pascha manducare. Exeuntes expectent servitores; dum advenerint, festinent cuncti ad ecclesiam cum signum audierint. Pueri eant ad orationem ante altare; facta denuo pulset heramentum et agant horam. Ex tunc sonetur cymbalum et pergant in

(a) Gen. I, 1.
(b) P. L. LXXVI, 1158.
fol. 23v

refectorium ita per ordinem: Majores per claustrum quod juxta ecclesia est. Infantes iter agant per scolam. Dum coadunati fuerint sonet prior scillam et bibat unusquisque cum sua justitia. Exinde sonet unum ictum et facto parvo intervallo percutiat tres vices ipsam et sic redeant ad legendum si hora permittit. Ad vesperum responsorium, *Spes mea deus*, quam ebdomadarius frater dicat. Omnium sint positi vultus contra orientis partem usque dum *Gloria patri* imposuerit. Sic debent facere de cunctis brevioribus. In cotidianis diebus ista duo responsoria a puerulis parvulis usque sabbato quadragesimae dicenda sunt videlicet: *Spes mea* et *Adjutor meus esto deus.* Liber genesis legatur ad officium nocturnale tandiu quousque sit expletus. Ac deinde alii, qui post ipsum restant tam in refec-
fol. 24r torio, quam in aecclesiis, ut sint exac][ti in capite jejunii. In ipsa septimana tollant dimidium cortinarum aecclesiarum. Privatis autem diebus ilico, ut exierint de oratorio dei genitricis mariae post vesperas, confestim eant in dormitorium atque unusquisque discaltiet se diurnales et induat nocturnales. Vaginam pariter cum cultello auferant et capiti suo collocent. Exiens autem parvum fiat intervallum videlicet usque dum coadunentur pueri cum magistris in scola et codices aperuerint et quantulumcumque subter silentium leguerint, et tunc secretarius sonet signum tandiu quousque eant infantes et agant officium ex mortuis. Deinde exeant in claustro et suis lectionibus meditent aliquantulum et tunc prior cymbalum percutiat et surgant et abluant manus suas unusquisque. Denique sine mora eat prior, vel ille qui ordinem tenuerit, atque scillam pulset. Nam si aliquis ex fratribus antea pervenerit non praesumat consedere usquequo ille in suum ordinem sedeat. Si quis ad praesens versus non fuerit non egrediatur (!), sed extra januam perstet, quousque advenerit ille, qui ordinem tenuerit; deinda accepta licentia ingrediatur. Exeuntes iterum sedeant in claustro usque dum signum collationis audiant.

XXXVII. Sexagesima sabbato ad vesperum. Responsorium, *Formavit igitur.* Lectiones VIIIto ex veteri testamento. Responsorium, *In principio.* In tertio homelia Beati Gregorii
(a) P. L. LXXVI, 1131. Papae, *Exiit, qui seminat.*[a] Matutinis laudibus responsorium breve, *Haec est dies, quam.* Versiculus, *Exultemus.*

XXXVIII. In festivitate Sancte Scolasticae. Ad vesperas. Capitulum, *Emulor enim vos*. Ymnus, *Jesu corona*. Antiphona, *Sanctimonialis autem*. Oremus, *Deus, qui nos annua*. Lectiones ad ipsum diem pertinentes. Responsorium, *Diffusa est*, cum aliis sequacibus. Ad cantica antiphona, *Santimonialis;* homelia, *Simile est*.[a] Duodecimum responsorium, *Cumque sanctus Benedictus*. Ad sacram officium, *Dilexisti justitiam*. Oremus, *Exaudi nos Deus salutaris noster*. Epistola *Emulor enim*[b]; responsorium, *Adjuvavit eam*. Tractus, *Diffusa est gratia*][Offerenda vel communio sicuti ordinata sunt, ita persolvantur. Vespera quippe agatur sicut moris est virginum sanctarum celebrare.

a. P. L. LXXVI, 1118.

b. II. Cor. XI, 2.

fol. 24v

XXXIX. Sabbato Quinquagesimae ad vesperas. Responsorium, *Dixit Dominus ad noe*. Ymnus, *O lux, Beata*. Lectiones octo de antiquo instrumento (sic!). Responsoria quemadmodum posite sunt in autentico. Ipso namque die obmittant caseum et ova. Adveniente feria IIa quicquid restat ex cortinarum ornamentis aecclesiarum sustollatur.

XL. In Cathedra S. Petri,

principis apostolorum. Ante vesperam sint textus evangeliorum super altare et in choro adornati tantum parietes bancalis et super formulas tapetia. Quinque candelabra ante aram et tria posteriora ejus ponantur. Capitulum, *Petrus apostolus, electus advenis*. Responsorium, *Si diligis me*. Ymnus, *Doctor egregie*. Sacerdos vestiat cappam circumeundo altaria cum incenso. Antiphona, *Tu es pastor ovium*. Oremus, *Deus, qui apostolo tuo petro*. Supervenite duo fratres decorati cappis decantent, *Tu es pastor*. Ymnus, *Exultet*. Antiphonae, *In omnem terram*, et alias sequaces, lectiones de ipsius sollempnitate, *Gaudeo dilectissimi*.[c] Et haec responsoria canendo (!) sunt, *Quem dicunt*. *Si diligis me*. *Tu es petrus*. *Domine si tu es*. In secundo antiphona, *Exaltabuntur*. Responsoria, *Surge petre*. *Tu es pastor ovium*. *Ego pro te rogavi*. *Quodcunque ligaveris*. Super cantica antiphona, *Beatus petrus;* Ipsa, *Vos sancti domini*.[d] Lectiones ex evangelio recitentur, *Venit jesus*. Tot candelabra quot fuerunt vespere, et ad sacram similiter atque vespere superveniente. Responsoria, *Solve jubente deo*. *Qui regni claves*. *Beatus es symon*. *Petre amas me*. *Solve*

(c) P. L. LIV, 148.

(d) Isaia LXI, 6.

jubente deo. Simon johannis. Capitulum, *Petrus apostolus.* Responsorium, *Exaltent eum.* Ymnus, *Doctor egregie petre.* Antiphona, *Quodcunque.* Ad missam majorem omnes ornati sint cappis, et infantes tunicis. Diaconus et subdiaconus casulas
fol. 25r habeant. Officium sex fratres][teneant et hoc ipsum personent, *Statuit ei dominus.* Collecta, *Deus, qui apostolo tuo*
(a) 1. Petr. I, 1. *petro.* Epistola, *Petrus apostolus, electus.*[a] Responsorium, *Exaltent eum.* Versiculus, *Confiteantur.* Tractus, *Tu es Petrus.* Versiculus, *Et porte.* Versiculus, *Quocunque.* Versiculus, *Et quodcunque.* Evangelium, *Venit Jesus in partes caesa-*
b Matth.XVI,13. *reae.*[b] Offerendam, *Tu es petrus.* Communio, *Tu es petrus et super. Benedicamus domino,* diaconus tonatae dicat. In refectorio tabulae cooperiantur. Ad vesperas antiphona, *Juravit dominus,* et aliae sicut in ejus habentur festivitate. Responsorium, *Exaltent eum.* Ymnus, *Jam bone pastor. Doctor egregie Petre. Olive binae. Sit trinitati sempiterna gloria.* Antiphona, *Dixit symon petrus ad Jesum.* Oratio, quae jam praenotata est. — Si ipsa festivitas evenerit post quartam feriam caput jejunii. Exeuntes capitulum abluant manus atque in claustro redeant et lectionibus vacent usque dum signum insonuerit. Tum surgant et faciant orationem. Qua facta induant se albis cuncti et denuo pulsato signo agant horam tertiam. Ipsa namque festa quemadmodum jam praenotatum habemus sic celebrent. Et jam jaenua (!) non flectant perhendiem. Post sextam signo pulsante eant in aecclesiam atque orationem efficiant, et revestiantur illi, qui ipsam caelebrare debent sacram. Laetaniam non agant. Diaconus proclamet flectamus jenua. Offerendam solummodo unus et textum osculetur et pacem faciat.

Si sabbato sequenti videlicet quadragesime ipsa festivitas aliquando advenerit vesperae totae agantur ex praenotata sollempnitate. Quo dicto *Benedicamus domino* repetant antiphonam ex jejunio ipsius diei cum gloria. Versiculus, *Angelis suis deus,* et hanc orationem *Deus, qui aecclesiam tuam annua quadragesimali.*

XLI. Quarta feria caput jejunii.[1]) In nocturno secundo lectio, *Convertimini ad me.* Oratio de cotidianis dicat. In

---

[1]) Ipsam hanc liturgiam in Missali monastico hoc die assignatam invenies.

matutinalibus laudibus dicatur capitulum, *Inter vestibulum et altare.* Antiphona in eum, *Cum jejunatis.* Collecta, *Praesta deus fidelibus tuis.* Denique in horis atque obsequiis matutinorum cotidie dicant lectiones ex jejunio. Ipsa die namque post sextam secretarius faciat parvum intervallum et tum sonet signum][et omnes se sine mora discaltient fol. 25r
atque manus suas lavent. Infantes in aecclesiam eant sine sonitu heramenti orationem agant ante altare et fratres in formulas, quae constituta est ante gradus. Facto signo a priore ut surgant ab oratione, ilico scola incipiat antiphonam, *Exurge deus;* duo signa sonentur simul, versu sequente et psalmum, *Deus auribus* atque *Gloria patri* cum repetitione ipsius antiphone dicant. Tunc dicant sacerdos versum, *Ostende nobis domine. Kyrie eleyson. Christe. Kyrie. Pater noster. Et ne nos.* Psalmus, *Deus misereatur nobis;* capitulum sive versum, *Et veniet super nos. Dominus vobiscum.* Collecta, *Concede quaesumus deus praesidia militiae Christianae.* Dein deveniat sacerdos ad gradus benedicat cineres tantummodo stola in umero habeat, et aspergat aquam benedictam super cinerem atque omnium fratrum capita mittat et cantor inchoet antiphonam, *Immutemus habitum* et aliae, quod sequitur. In aliis diebus quando processionem facturi sunt, solummodo unam dicatur. Tunc debent per secretarium fratres iter peragere honaeste, ut duo conversi procedant antea, quorum unus accipiat aquam sanctam et alter crucem et eant sic per ordinem, ut infantes subsequantur eos cum magistris. Deinde caeteri conversi. In novissimo alii sicuti sunt priores. Antiphonas, quas praediximus exactas, duos infantes inchoent laetanias majores, usque dum in aecclesiam redierint. Et tunc dicant aliqua sanctarum feminarum, adjungentes *Propitius esto*, quemadmodum mos est facere in brevibusque laetaniis. Ad missam dicat diaconus, *Flectamus genua* et ad finem, *Humilite* (sic!) *capita vestra deo.* In refectorio recipiat helemosinarius quicquid remanserit de pane vel de vino et mox, ut lectio terminata fuerit, habeat ipse ante duas situlas ligneas in medium ipsius loci et hictu percussionis facto in squilla apprehendant infantes justitias et super ipsa vascula effundant vina. Exeuntibus inde mox ut in ecclesiam fuerint famulus

provisor hospitii ilico, ut sacerdos *Benedicamus domino* dixerit, tabulam percutiat et eant, ut expleta oratione fuerit, illi, qui
fol. 29r in ipsa fratres sunt conscripti, tantum][modo tres incipientes psalmum *Miserere mei deus*, et per alios diatim ea denique faciant conscripti. Post vesperam, quando fratres ituri sunt ad bibendum sicuti antea fecerunt ad refectionem ita peragant modo infantes. Quo patrato conveniant ipsi ante mensam abbatis et hictibus percutientes scillam ante et retro se vertant cum magistris et novissimi hinc egredientes. In hoc itaque die tabulas binas exhibere armarius debet, uti sunt omnes per ordinem conscripti septimanarii fratres, quomodo vicissim serviant sibi ad coquine opus, quarum unam cellarius sub sua cura in promtuario teneat et in ipsis tabulis quasdam membranas habeat cum martyrologio anni vertentis quibus praesciant quod justitiae vel librarum panes per singulos dies in haelemosinam tribuantur, et ex officiis plenis quantitas concedere debet per unumquamque dies temporibus suis. Alia quippe in claustra afixa sit in columpna, ut unusquisque provideat quota dies ad pedes abluendos ituri sunt ad pauperes et in ipsa qualiter per ordinem sacra agere pro defunctis debebitur vicissim.

Quadraginta dies isto persolvite mores.

XLII. Sabbati in Quadragesima ad vesperum capitulum, *Ortamur vos*. Responsorium, *Angelis suis*. Ymnus, *O lux*. Antiphona, *Tu autem cum oraveris*. Oremus, *Deus qui aecclesiam tuam*. Supervenite duo fratres in albis dicant; ymnus, *Primo dierum*. Lectiones octo de sanctorum patrum. Cantyca, *Deducant*
(a) Jerem. XIV, 17. *oculi*;[a] homelia ex evangelio *Simile est regnum coelorum homini patri*. In matutinalibus laudibus sit sacerdos in alba ad portandum incensum per altaria. Capitulum ecce nunc tempus. Responsorium, *Participem me*. Ymnus, *Eterne rerum conditor*. Versiculus Domine refugium.[1]) In primis collecta de die; deinde *Omnipotens sempiterne deus, qui dedisti famulis tuis*, et alias consuetudinarias. Ad processionem post aspersionem aquae, incipientibus pergere responsorium de sancta maria imponat, quod conveniat. Deinde ex oratorio semper virginis

---

[1]) In margine legitur: Antiphona, *Ductus est jesus*. Oremus, *Deus, qui ecclesiam tuam*. Ad matutinalem missam.

procedentibus hanc antiphonam proclament, *Christe pater*][fol. 26v
pater. Introeuntibus vero his in templum et sanctorum, quorum ibi reliquie habentur honorem,[1]) inponant antiphonam vel responsoria in.[2]) Ad matutinalem missam, solummodo responsorium dicant quale in intiphanario (!) praescriptum est. Majorem missam faciant, ut praenotatum est septuagesimae. Tractus sex fratres decantent in alba tantum; abbate jubente possunt alii fratres, usque dum ipsum dicunt, consedere supra sedilia. In hoc die debent esse tabulae refectorii coopertae. Quod hic in brevitate adnotavimus, ut supra in septuagesima quot sat est, praesignata sunt deo auxiliante. Nam denique secraetarius cortinam exacta vespera in fune ordinet et completorio consummato in circulos extendant.

XLIII. Feria secunda ad nocturnale obsequium ymnus, *Somno refectis*, et ita singulis diebus proprius dicatur ymnus usque in dominicam passionem. Ad ipsos vero vigilias legant expositiones patrum sanctorum, quae aedificent audientes. In secundo nocturno capitulum quale velit ex ipso jejunio. Orationem per unamquamque die dicat ferialem. Ad matutinales laudes ymnus, *Jam christe sol.* Antiphona, *Venite benedicti patris mei.* Responsorium, *Converte nos deus.* Praeces, Oremus pro omni gradu. Oratio semper dicenda est in laudibus quadragesimalibus, quae die eadem in introitu missae caelebrabitur. Ad vesperam ea quoque ipsam, quae super populum habetur agant semper. Sanctorum suffragia excepta, pro peccatis vero unum ex septem psalmis et alium de cantico graduum dicant. Capitulum, *Ostende nobis deus* et orationem pro peccatis. Similiter ad omnes horas dicant duos psalmos prostrati pro semetipsis. Nullus ex fratribus ausus sit praeteriri. Luce apparescente secretarii cotidiana bancalia, quae post dorsum fratrum solitae erant stare, suspendant. Capsulas cum reliquiis, crucifixos atque coronas universas cum linteaminibus cooperiant, etiam parvissimas cruciculas. Tabulam auream, quae ante majus altare est, auferant et pallium super ipsa ara coaptetur,][quod semper album sit coopertum in fol. 27r

---

[1]) Rasura.

[2]) Ita in textu: Forsan legendum: Introeuntibus vero his in templum et in sanctorum . . . imponant . . .

modum veli. Alia autem per singula alba superponatur. Vestimenta sacerdotalia atque levitica et omnium administrantium aecclesiae lota dentur a secretariis etiam ad infantes. A tertia exeuntes infantes induant se more solito et ad psalmos prostrati in choro veniant canentes cum caeteris. Cortinam, quae est inter chorum atque altare ad offerendam in altum aliquatenus sustollant, ad trinas orationes et ad diei horas similiter. Hoc tamen magister infantum debet habere sub sua cura sustollendo in altum atque deponendo. Infra ipsam infantes sine custodia nunquam maneant. Sacerdos ad offerendam extra ipsam semper accedat. Nam quando sacrata in hac die agitur pro defunctis omnia signa comcrepentur et plenum officium efficiant pro defunctorum parentum nostrorum seu familiarum requie. Pauperibus duodecim in ipsa die refectione praeperent. In refectorio fratres plus habeant praeparata, quam aliis diebus soliti essent, tam pro illorum defunctorum, quorum officium exequimur amore, quam diebus sollempnis destinatis praemiis futuri. Potionem etiam absque squillae sonitu propinent cunctis. Mense lectores coquineque ebdomadarii a prioribus istis sacris diebus reciprocentur tunc demum juniores peragant, quia ait beatissimus pater noster, ut nullus excusetur a coquinae officio.[1]) Nam denique postquam a refectione servitores advenerint cunctorum signa haeramentorum et ex dormitorio exierint conclassentur et ita officium mortuorum caelebrent. Post *Deus auribus* decantatum, dicant sex psalmos pro ipsis usque triginta dies. Similiter libra panis atque justitia vini dentur hospitibus per singulos dies. Fieri namque debet VII^te^ diebus plenum officium pro cunctis. *Voce mea* per singula hora promatur quousque
fol. 27^v^ concludatur dies tricesimus. Collecte matutine][missae vesperae, sive vigiliae, sicut solitae sunt dicende sic persolvantur. Signa pulsare tantummodo prima die debet tam ad vigiliam, quam ad missam. Alia vero, quae de hac re restant, qui sciolus vult fore die tertia properet post sanctorum omnium caelebrationem et quicquid repeperit ibi, taliter procuretur efficere. Ad ea quae proposuimus revertamur. Ad capitulum

---

[1]) Reg. c. XXXV.

debet armarius libros habere super tapetum positos. Et post lectionem et sermonem factum recitatur brevis qualiter anno praeterito libros habuerint fratres, et cum audierit unusquisque nomen suum pronuntiari librum reddat, *et alium accipiat. Et si est aliquis*[1]) qui suum librum quod acceperat perlect*um non ha*buerit[2]) satisfactionem absque mora faciat. Post capitulum non loquantur in claustro Secundo, IIIIta et sexta feria; tribus aliis diebus tabula sonetur et loquantur. Nam vespera cotidie hos psalmos prostrati studeant decantare, *Qui confidunt. In convertendo. De profundis. Domine exaudi* II. Capitulum *Et veniat*, orationem qualem velit pro peccatis adjungentes semper et ad beneficia recollenda.

XLIV. Illis diebus quibus processionem[3]) agitur, continuo ut signum horae nonae audierint in aecclesiam eant atque orationem communiter faciant. Denique sacerdos et alii ministri pergant sacrarium et inalbent se atque in choro redeant et servitutis pensum persolvant. Sacerdos stolam habeat, et conversus in ultimo est. Ad psalmos prostratus sacerdos super formam majorem maneat cum ministris. Dein puer laetaniam incipiat. Illo quoque *Propitius esto* promente egrediantur, qui sacrata custodire debent. Expleta sinaxim vesperis signum pulsetur et quae moris sunt consummentur. Quinta feria tota Quadragesima in refectorio habeant seniores vel fratres trina pulmenta praeparata a cellarario sive ab ebdomadariis et potio propinetur absque sonitu squillae et omni die dominico vel aliquibus sanctis, quando duodecim lectiones caelebrant, eademque efficiant praeter quod caritatem fiat cum sonitu squillae.][Tertia feria et sabbato tria cotta pulmenta fol. 20r
apponantur. Secunda, IIIIta et VIta feria duo tantummodo praeparata sunt. Qui vult comedere, comedat; qui vero non ad usum hospitum deputentur. Et tamen herbae istis tribus diebus addentur cellarario fratribus generaliter. Qui velit, edat. Sunt autem apud nos per totum annum quadraginta et septem plena officia quod antecessores nostri, seu iste domnus abbas

---

[1]) Et quem alio anno legendum acceperat. Rasura. De hoc ritu videsis infra lib. II. De breve librorum, quod fit in caput quadragesimae.

[2]) Perlect*um non ha*buerit, Rasura.

[3]) Rasura.

quae superest, decreverunt fieri et scripti sunt in martyrlogio. Unde constitum dare in hospitio stipendia ad XII^{cim} pauperes, et quando VII^{tem} vel etiam V^{e}. Secundum beneficium illorum defunctorum, quorum hoc concesserunt coenobio, ita conscripta sunt apud nos et visum est omnibus fratribus rectum super hoc et sanctissimis abbatibus istius monasterii, quibus praefuerunt qualicunque feria illorum annua proventa essent, ut in refectorio praeparata habeant optimam refectionem pro illorum veneratione et potio propinetur omnibus fratribus cum sonitu squillae. Et si infra octavis seu dominicis diebus seu sollempniis sanctorum evenerit illorum pronuntiatio tamdiu expectetur, quousque dies absolutus evenerit. De officiis pro illis qualiter agendum sit requiratur in usu cotidiano et absolute inveniet. Quarta autem et sexta feria in XL^{a} [1]), quando processio fit, nona hora signum pulsetur et omnes in aecclesia conveniant orationemque simul agant. Pueri vero ante altare eant; signoque interim percusso horam decantent. Et tunc exeant in claustro et se unusquisque discalciet atque manus suas lavet. In aecclesiam conveniant, et non sicut priori quarta et sexta feria orationem praemissa, sed infra quadragesimae sollempnia statim antiphonam inchoet scola, *Exurge deus*, et alia, quae restant ad ipsum servitium pertinentia, quae nullatenus, ut reor, incognita habentur. Quarta feria adveniente tractum duo ex fratribus in albis decantent, *De necessitatibus meis eripe me deus.* Tunc ipsi duo se exuant
fol. 28v cum offerenda exacta fuerint. Quadragenario illo to][tis diebus illis, quibus silentio tenetur in claustro per ferias hora quasi sexta ad usque potest ire ad suam confessionem unusquisque cum necessitas poposcerit. Sabbatorum namque diebus vel festis illis, quae in hac quadragesima duodecim lectiones agunt, confestim ut agnus dei inchoaverint, sustollant cortinam atque formae in longum coaptentur. Secretarii quippe pallium alium super altare in modum velum expandant. Exeuntibus ex vespere albam super ipsum extendant. In tertio nocturno deponant albam tantum. Ad missam cooperiant aram, finita exuant. Vespera ipsius diei exeuntibus

[1]) In XL^{a}, alia adjunxit manus.

extra, secretarius albam superponat, atque secunda frater auferat. In omnibus XIIci lectionibus debet post completorii finem mox ut exierint cortinam coaptare inter chorum et altare.

XLIV[b]. Qualiter agendum est sabbato in duodecim lectiones. Sabbato in duodecim lectiones post sextam, mox ut signum pulsaverit, in aecclesiam eant atque orationem agant. Sacerdos, levita conversus atque infantes omnes albis induantur et signum denuo pulsante hora regularem reddant. Quo peracto parvissimum intervallum fiat, ut vestire se possit ille, qui officium in cappa agere debet et illi quattuor, qui benedictionem atque tractum cantare soliti sunt albis induti. Signa non pulsent, nec laetaniam decantent. Officium, *Intret oratio mea.* Sacerdos veniat cum ministris, ad altare faciat orationem. Deinde cum levita confessionem. Unum tantum candelabrum ad ipsa munia conversus deportet, et duo sint ante in ipso loco coaptata. Tunc dicat sacerdos. Oremus. Diaconus clamet. *Flectamus jenua.* Similiter ad alias orationes. In primis legant infantes juniores. Deinde alii ut venerunt. Eademque ex responsoriis faciant et solummodo a singulo unum ex ipsis dicatur ad gradus. Prima oratio, *Populum tuum quaesumus, Deus.* Lectio, *Locutus est moyses.*[a] Responsorium, *Protec*][*tor noster.* Lectio, *Dixit moyses.* Responsorium, *Propitius esto.* Oremus, *Protector noster.* Lectio, *Orationem faciebant.*[b] Responsorium, *Convertere deus.* Collecta, *Adesto quaesumus deus.* Lectio, *Miserere nostri.*[c] Responsorium, *Dirigatur.* Oremus, *Praeces populi tui.* Lectio, *Angelus domini.*[d] Benedictionem duo dicant et post unumquemque versum a choris repetatur medietas primi versi, cum illi duo exacta benedictionem habuerint. Veniat sacerdos ad altare et dicat: *Dominus vobiscum.* Diaconus non debet pronuntiare *Flectamus jenua.* Sacerdos continuo dicat hanc collectam: *Deus qui tribus pueris,* et solummodo ipsa dicatur. Epistola, *Rogamus vos.*[e] Tractum, *Laudate dominum omnes gentes,* duo promant, qui ipsum, vel caeteros alios qualicunque tempore dicturi sunt, semper super gradus ad analogium decantent. Similiter efficiant ex benedictione temporibus illis quando ipsa dicenda est. Evangelium, *Assumpsit jesus.*[f] Offerendam unus efficiat et hostias

(a) Deuteron. IV, 1.
fol. 29r
(b) II. Mach. I, 23.
(c) Eccli. XXXVI, 1.
(d) Dan. III, 49.
(e) I. Thessal. V, 14.
(f) Luc. IX, 28.

singulas mittat. Mox ut sacerdos calicem atque hostiam collocatam super aram habuerit deinde incaensentur. Tunc illi nuncupati, qui benedictionem atque tractum dixerunt, exuere se admodum congrue possunt. Pacem autem unus accipiat. Qua accepta exeat extra chorum; quem primum ex laicis ibi invenerit cum eo pacem faciat et redeat in chorum. Dehinc quicquid in sabbatorum diem moris est, ut supra intulimus, ita agant.

XLV. Cum festivitas aliqua celebretur in quadragesima post vesperas de omnibus sanctis, dicant vesperas pro defunctis. *Deus auribus* et *Verba mea.* Si dies non fuerit post ea revertantur ad lectula. Ad priman autem cantent, *Deus in adjutorium meum* et *Miserere mei deus* pro defunctis, *Ad dominum cum tribularer* et *De profundis,* VII[te] psalmos et laetaniam. Post capitulum cantent XXX[ta] psalmos, quibus trinis dicatur gloria patri usque *Beatae quorum* et haec capitula: *Ostende nobis. Esto nobis. Memor esto. Domine salvos fac. Salvos fac servos tuos. Fiat pax. Dominus vobiscum. Deus a quo sancta. Omnipotens sempiternae deus, qui facis. Pretende deus. Absolve domine. Omnipotens sempiternae deus, qui vivorum.* Deinde
fol. 29v sedeant in claustro cum silentio,][cumque pulsatum fuerit signum ad tertiam venientes in oratorium primitus faciant orationem. Postea vestiantur, sacerdos et laevita vel omnis, qui priori hebdomada ad officium fuerant ordinati, qui ipsi matutinalem missam, quae de festivitate caelebranda est, festive *debent*[1]) peragere et omnes fratres, qui praesentes sint ad pacem venire. Post missam vero, secretario vertente formulas, ad sextam flectantur genua ad orationem et familiares psalmi pro vivis vel defunctis vel etiam pro semetipsis ad sextam, nonam vel vesperam. Post nonam vero non debent dicere laetaniam, sicut aliis privatis diebus solitum est ante missam propter festivitatem. Solummodo de jejunio cum collectis cotidianis et unus *offerat, unus*[1]) pacem accipiat et post vesperam de festivitate flexis tamen ad orationem genibus. Sed et vesperas pro defunctis omnino non debent dimittere.

---

[1]) Rasura.

Officium autem mortuorum propter aliam psalmodiam nec in vigilia nec in die caelebretur.

XLVI. Dominica Secunda ad vesperum capitulum quod velit ex ipso jejunio. Responsorium, *Ecce odor filii mei.* Ymnus, *O lux beata.* Antiphona, *Visionem quam vidistis.* Collecta, *Deus, qui conspicis omni nos.* Lectiones octo de ysaac et jacob, incipientibus ubi ait: *Senuit autem ysaac.*[a] In tertio nocturno ex evangelio: *Egressus est jesus,* Omelia bede in lectione sancti evangelii.[b]

XLVII. In tertia quoque dominica quadragesimae. Sabbato ad vesperas capitulum dicatur ex sollempniis jejuniorum ut sibimet visum fuerit. Responsorium, *Dixit judas fratribus suis.* Ymnus, *O Lux.* Antiphona, *Dixit autem pater.* Lectiones octo de joseph initiantes in genesis fine, at ubi dicit: *Audiens autem jacob, quod alimenta.*[c] In tertia vigilia homelia ex commentario bede: *Erat jesus ejiciens daemonium.*[d] Hac pronuntiatione expleta sequitur sermo iste. *Demoniacus iste aput mathaeum non solum*][*mutus sed cecus.*[e]

XLVIII. Dominica IIII^ta^ in quadragesima, die sabbatorum quando rasuri sunt. Omnes psalmos die, quae consuetudinariae sunt dicantur, quibus etiam injungantur psalmi prostrati. Ad vesperum responsorium, *Stetit moyses;* vigilia tertia homelia ex evangelio: *Abiit jesus trans mare galilaea,* et caetera. *Quia signa et miracula domini.*[f] In refectorio tabulae cooperiantur. Infra ipsam septimanam ebdomadae quartae, feria IIII. responsorium duo in albis decantent, *Beata gens.* In omni sabbato quadragesimae, vel in vigilia de aliquo sancto laetanias non dimittant. .

XLIX. Festivitate Sancti gregorii eximii doctoris et apostolici viri. Ad vesperam capitula, *Ecce sacerdos magnus.* Responsorium breve, *Amavit eum dominus,* quod ab uno puero dicatur in suo loco. Ymnus, *Summe confessor.* Antiphona, *In medio aecclesiae.* Oratio, *Deus, qui animae.* Dein repetant antiphonam de jejunio cum gloria. Similiter in crastino. Ad stationem responsorium, *In medio aecclesie.* Oratio de ipso. Et tunc dicat vesperas omnium sanctorum et mortuorum, tam in hac hora quam die crastina absque antiphonis dicatur. Similiter et matutinos ipsorum faciant. Vitatorium duo in albis,

(a) Genes. XXVII, 1.

(b) Non legitur istis temporibus homilia Bedae; bene vero Leonis M. homilia in Matth. XVII, 1 (De Transfig. Domini).

(c) Genes. XLII, 1.

(d) Luc. XI, 14.

(e) P. L. XCII, 475.

fol. 30r

(f) P. L. XXXV, 1592. S. Aug. in Joan. tract. 24.

Justus florebit. Ymnus, *Rex gloriose.* Lectiones octo de ejus vita. Responsorium, *Euge serve bone.* Evangelium, *Sint lumbi*
(a) Luc. XII, 34. *vestri praecincti.*(a) Omelia ejusdem.(b) In matutinalibus laudi-
(b) P. L. LXXVI, 1123. bus maneat sacerdos vestitus. Ymnus, *Iste confessor.* Ad stationem responsorium et oratio ipsius. Post capitulum exeant cum quinque psalmis pro defunctis, et tunc dicant XXXta psalmos in aecclesia majore. Exeuntes vacent lectiones in claustro. Ad missam officium, *In medio aecclesiae.* Oratio,
(c) Sap. VII, 7. *Deus qui anime.* Epistola, *Optavi et datus.*(c) Responsorium,
(d) Luc. XII, 35. *Juravit dominus.* Tractus, *Beatus vir.* Evangelium, *Sint*
fol. 30v *lumbi vestri.*(d) Offerendam, *Veritas mea.*][Communio, *Beatus vir.* Ad vesperam antiphonam, *Juravit dominus.* Ymnus, *Iste confessor. Iste est, qui ante deum.* Preces, *Ego dixi domine.* Illa, quae restant, quae huc non adnotavinus requirentur in sanctorum festis in quadragesima et quemadmodum inventa fuerint ibi, ita adimpleantur.

L. Festivitate sancte Benedicti ad vesperum capitulum, *Beatus vir, qui suffert.* Responsorium, *Sanctus Benedictus* vel *Deus non aspicias.* Versus. *Et regrediente anima.* Ymnus, *Christe sanctorum.* Responsorium, *O beati viri,* Oratio ipsius. Vitatorium duo in albis: *Confessorem regem,* ymnus, *Christe*
(e) P. L. LXVI, 126. *sanctorum.* Lectiones octo de ejus vita.(e) Responsorium, *Fuit vir vite.* Evangelium, *Dixit symon*, homilia ex eadem lec-
(f) Matth. XIX, 27. tionem (!). In laudibus evangelium, *Dixit symon.*(f) Collecta, *Omnipotens sempiternae deus.* Ymnus, *Im*buit[1]); posthinc ad processionem responsorium, *Sanctissime confessor.* Oratio ejusdem beati. Ad missam officium, *Os justi.* Epistola,
(g) Sap. X, 10. *Justum deduxit*[2]) *dominus per vias rectas.*(g) Responsorium, *Os justi.* Tractus, *Domine praevenisti eum.* Evangelium,
(f) Matth. XIX, 27. *Dixit symon.*(f) Offerenda, *Veritas mea.* Communio, *Beatus servus ille.* In diurnis horis ymni de festis et ab inchoatione sextae horae usque in finem ipsius diei per singulam flectant jenua supra formam. Capituli atque orationes sex in ipsa caelebratione dicantur. Ad vesperam antiphonae, quae super nocturnos habentur, et dicantur psalmi de confessoribus.

---

[1]) Rasura.

[2]) Epistola Justum deduxit in rasura.

Ymnus, *Christe sanctorum* et repetant antiphonam ex jejunio similiterque matutino ipsius diei.

LI. In Annuntiatione Dominica sit altare sanctae mariae perfectissime ornatum. Ad vesperum capitulum, *Egredietur virga.* Responsorium, *Ave maria.* Ymnus, *Ave maris.* Antiphona, *Spiritus Sanctus.* Oratio, *Deus, qui de beate.* Ad stationem responsorium, *Missus est.* Oratio ipsius. Ad invitatorium, *IIIIor sit in cappis.*[1]) Ipsum, *Ave Maria.* Lectiones octo ex dictis beati hyeronimi: *Ave maria gratia plena dominus tecum.* Responsorium, *Missus est angelus gabriel.* Ad cantica antiphona, *De*][*caelo veniet.* Cantica, *Ecce dominus in fortitudine.*(a) In tertio nocturno homelia sancti ambrosii ex evangelio, *Missus est.*[2]) In laudibus antiphona, *Benedicta tu.* Ad processionem responsorium, *Suscipe verbum.* Collecta supradicta. Ad missam officium, *Rorate caeli desuper.* Oratio, *Deus, qui odierna die verbum tuum.* Alia, *Deus qui beate virginis.* Epistola, *Locutus est dominus ad agat.*(b) Responsorium, *Tollite portas.* Versus, *Quis ascendet.* Tractus, *Ave Maria* Versus, *Benedicta tu.* Versiculus, *Spiritus Sanctus superveniet in te.* Versiculus, *Ideoque et quod nascetur.* Evangelium, *Missus est angelus gabrihel.*(c) *Credo in unum deum patrem,* qui semper dicendus est in hoc festo qualicunque evenerit die. Offertorium, *Ave maria gratia.* Communio, *Ecce virgo.* Ad vesperas[3]) antiphona, *Missus est gabrihel.* Psalmus, *Dixit Dominus.* Antiphona, *Ave Maria.* Psalmus, *Laetatus sum.* Antiphona, *Egredietur dominus.* Psalmus, *Nisi dominus.* Antiphona, *De fructu ventris tui*[4]). Psalmus, *Memento domine David.* Antiphona ad magnificat, *O virgo virginum* et repetant antiphonam ex jejunio cum gloria patri.

fol. 31r
(a) Isaia XL, 10.
(b) Isaia VII, 3.
(c) Luc. I, 26.

Si vero post dominicam de palmis[1]) evenerit praedicta festivitas usque in feriam V. infra octabam paschae servetur, et tunc sicut mos est in cappis ita agatur, et duo alle-

---

[1]) Rasura.
[2]) Haec homilia in ipso codice nostro fol. 158r—161 invenitur.
[3]) In margine: ad vesperas antiphona Tecum principium.
[4]) In textu legitur „tuae", sed alia manus correxit errorem.

lujatica de adventu domini assummantur, quae conveniant ipsi diei.

Sancti Ambrosii festivitas. Si ante caenam domini venerit faciant sicut in sancti gregorii papae, si post pascha fuerit invitatorium duo dicant in cappis. Lectiones octo ex ejus vita. Responsorium, *Beatus vir;* IIIItu VIIIvu XIImu a duobus decantabitur. In tertio homilia, *Ego sum vitis vera.* Quando infra octabam paschae evenerit lectiones atque responsoria omnia de ipso sancto praenotato faciant. Matutinalem missam ex resurrectione, majorem autem e sancto. Officium, *Protexisti me deus.* Oratio, *Aecclesiam tuam.* Epistola, *Beatus*
(a) Eccli. XIV.22. *vir qu in sapientia.*[a] Responsorium, *Juravit dominus. Alleluja. Confitebuntur Caeli.* Offertorium, *Confitebuntur.* Communio, *Ego sum vitis.* Per horas alleluja ex sanctis. Vespere sub alleluja canetur cum psalmis de confessoribus et repetant postmodum antiphonam de domini resurrectione ipsius diei.

fol. 31v LII.][Taliter innecti moneat vos Passio Christi.

Sabbato in passione ad vesperam capitulum, *Adtende domine.* Responsorium, *Usquequo exaltabitur,* quod qui canat gloria patri non dicat, sed ipsum responsorium a capite recapitulet. Ymnus, *Vexilla regis.* Antiphona, *Animae impiorum.* Antiphonam quam solebant dicere de cruce dimittant; similiter processione (!), quam solebant agere, in die sabbatorum ad sanctam crucem. Supervenite antiphona, *Quadraginta annis,* mox ut dictum fuerit, *hodie si vocem* dimittant ipsi duo qui cantant hunc versum, *Quadraginta annis* et imponant, *Ipsi vero* et *Gloria patri* non resonent. Sed antiphonam repetant ut supra. Ymnus, *Pange lingua.* Lectiones octo legantur de hieremiae prophaetia. Ad finem, qui legit, *Tuarum deus* dicat. In tertio homelio beati Gregorii papae. Responsorium qui cantant *Gloria patri* dimittat et ipsum a capite repetat. Ad matutinalem missam non dicat sacerdos orationem, *Omnipotens sempiternae deus, qui dedisti famulis tuis.* Ad majorem ad introitum dicat *Gloria patri* et *Credo in unum deum.* In cotidianis diebus, qui legit, mox ut domnus abbas dixerit, *Haec dicit dominus,* ille dicat: *Convertimini ad me et salvi eritis.* Horis omnibus vel obsequiis dicant capitula versus et orationes de passione domini sicut conscriptae sunt in

collectario. *O crux ave spes unica*, Per unumquemque diem ut dixerint usque ad medietatem ipsius versi adclini maneant.

LIII. Sic decet in palmis patres celebrare quot annis.

Sabbato In Palmis. Tria Pallia tribus superponantur altaribus ante vesperas post principale altare. Reliquiae sanctorum coaptentur in lignorum conpositionibus, ut deferri congrue possint. Fanones sive rami palmarum cum floribus praeparentur, ut in crastino nulla fiat retardatio. Sit namque adornatus chorus bancanalibus. Missa ipsius diei expleta Pallia texta auro in majus altare adornetur. Ad vesperam omnia signa sonent. Capitulum, *Hoc sentite in vobis*. Responsorium, *Fratres mei*. Ymnus, *Vexilla*. Antiphona, *Clarifica me pater*. Oratio, *Omnipotens sempiternae Deus*. Vitatorium duo fratres in albis. Ipsi vero Lectiones][octo ex hieremia, *Verbum, quod factum est ad hieremiam a domino dicens. Surge et descende in domum figuli.*[a] In tertio homelia de evangelio, *Cum appropinquasset.*[b] Ad missam matutinalem officium, *Domine ne longe facias*. Oratio, *Omnipotens sempiternae Deus*. Ipsa sola tantum. Epistola, *Hoc sentite*[c] vel *Christus factus est pro nobis.*[d] Evangelium, *Cum appropinquasset;*[e] dum dixerint *Sanctus, sanctus* vestiantur cuncti albis. Sacra vero expleta benedicat sacerdos aquam et tunc pergant ad sanctam mariam responsorium canentes, *Ecce virgo, quae genuit regem*. Ad processionem antiphona, *Cum sederit filius*, vel *Christe pater*. Revertentibus in ecclesiam agant tertiam; qua finita veniat sacerdos ante altare juxta ejus cornu ex latere acquilonari benedicat ramos palmarum et aliarum arborum. Dominus vobiscum et oremus in hoc loco non dicet. Sed tantum orationem de palmis atque floribus incipiet, at ubi benedicta fuerint aspargat aquam benedictam in eis sicque accipiens turibulum aureum aromatizet altare majus in primis, deinde ramos. Custodes aecclesie accipiant palmas et dent domno abbati et omnibus fratribus stantibus in choro per ordinem et cum dari ceperint armarius immo imponat antiphonam, *Pueri haebreorum*, hisdem quoque armarius assumat duas tunicas et induere faciat his juvenes fratres, quibus ipse annuerit, qui textes deferant. Tunc conversi accipiant quattuor cruces, bina turibula aurea, aquam sanctam,

fol. 12v

(a) Jerem. XVIII, 1.
(b) P. L. XV, 1885. S. Ambros. lib. 9 in Luc. in Matth. XXI, 1.
(c) Philipp. II, 5.
(d) Philipp. II, 8.
(e) Matth. XXI, 1.

quattuor candelabra unus ex sacerdotibus brachium sancti mauri et tres alii ex sacerdotibus cum reliquis ornamentis vel etiam octo; Sedecim alii conversi ex quibus portent duo vel quattuor Imaginem sancti petri cum reliquiis et alii duo vel IIIIor Corpus sancti marcelli papae, et bini vel IIIIor alii cassam sancti gregorii papae et duo vel IIIIor alii sanctorum reliquias multorum patrum.

Debent ita incedere per ordinem sicuti in his caracteribus ostendimus. In primus famuli cum fanonibus bini ac bini incedentibus quasi XXXta.

Fanones	Reliquias	Gregorii papae	Sancti mar-	Imaginem sancti
	Sanctorum pa-	Quattuor fra-	celli papae	petri
	trum	tres	Quattuor fra-	Quattuor fratres
		vel etiam duo	tres	deportent
Fanones	IIIIor vel duo	vel etiam duo	vel etiam duo	deportent
Fanones	IIIIor vel duo	Turibulum	vel etiam duo	
Crucem	Crucem	Cassulam	Candelabrum	
Aquam	Crucifixus	Turibulum	Textum	
Sanctam	Crucem	Pomum	Candelabrum	
Candelabrum	Sceptrum	Brachi-	Sacerdos	Et si velint pro
Textum	Scep-	um	Tabulam in	tempore
	trum		hoc die di-	In hac die etiam
Candelabrum			mittant	sceptris
				Atque pomum ob-
				mittere possunt.

Ex hinc sequuntur illos infantuli bini ac bini cum magistris, exinc caeteri majores sicut sunt priores duo et duo per ordinem procedentes cum antiphonis, his, qui cantare possunt et sciunt, omnibus adunatis. Ad ultimum domnus abbas subsequentibus cum universorum ordinibus laicorum. Exeuntibus omnia signa sonentur: duo majora tamdiu protelentur sonitizando quousque revertatur processio in Galilaea. Si plurimorum universitas excesserit, famuli loci eant justa seniores, ad infantes protegendo, ne inpediatur opus Dei. Hic non est necesse aliquid nobis inserere, quod unusquisque dei professor memoriter scire debet, quantum ei expedit sui ordini optime tenere atque custodire.

Venientes autem ad ecclesiam citra Monasterium intrantes dicant hanc antiphonam, *Salvator mundi salva nos omnes*, et pulsentur signa. Oratio, *Concede quaesumus*. Expleta, faciant

orationem atque altare aromatizent. Et sicut venerunt, ita revertantur cum Laudibus. At ubi antiphonae minus veniunt, ex Vespera ipsius diei recitabuntur.

Adpropinquantibus monasterium, eant ex ipsis sex, quibus armarius annuerit, et vestiantur cappis ad *Gloria laus* canendum. Processio ornamentorum quemadmodum venit, ita stet per ordinem. Fanones hinc et inde facie ad faciem. Seniores, sicut moris est consistere in choro, ita stent. Infantes cum magistris post ornamenta, ceu processione dominicali. Illis ex cappis ve][stitis, peracto versiculo,[1]) *Gloria laus;* fol. 32r paraphonista incipiat: *Ingrediente Domino.* Sonentur omnia signa. Et cunctis ad sua loca pervenientibus incipiatur missa. Officium tres teneant in cappis. Alii fratres, qui cantare debent responsorium, sive tractum in albis maneant: diaconus et subdiaconus casullam habeant. Ad passionem dicat, *Dominus vobiscum: Gloria tibi Domine* respondant (!) *Credo in unum Deum*, dicant. Ad offerendam reddant cuncti palmas sacerdoti; osculando manus ejus. Ad finem Sacrae tonatae dicat diaconus, *Benedicamus Domino.* In refectorio tabulae cooperiantur. Ipsa die meridiana requies, quam sanctus Benedictus praecipit, incipiatur. Et cum tempus fuerit nonae, custos sonet squilla modicae vel unus ex signis mediocri, quousque ipse, *Miserere mei deus* possit perfiniri, ut surgentes lavent manus et facies. Qui prius occurrere possint ad aecclesiam, in choro sedeant legentes, donec veniant et infantes: nam et ipsi in chorum veniant ad orationem. Quibus advenientibus majus signum sonetur ad nonam tamdiu, quousque surgant ad orationem. Qua dicta, pulsato cymbalo veniant in refectorio, et qui priori coquinam ebdomada fecerant, fratres,[2]) aquam omnibus adportent. Expleto ministerio venientes ad gradum inclinentur ante et retro. Qui autem tenet ordinem, sive prior, sive praesens fuerit abbas, uno squillam[3]) ictu percutiat: et hoc signo de vino, quod habuerit ante se bibendi licentia datur unicuique. Deinde tribus vicibus scilla percussa surgentes revertantur in claustrum. Talis ordo tota

[1]) In textu legitur: peractos versos.

[2]) Verba: „fratres usque retro" alia manus scripsit.

[3]) In margine: scillam.

servandus aestate: Jejunii diebus exceptis usque ad Kalendas octobris. Per totam igitur ebdomadam semper in laudibus antiphonae inponantur propriae. Tertia feria Passionem secundum marcum legat diaconus ad missam cum salutatione absque *Gloria tibi Domine.*

fol. 33'

(a) Isaia LXII, 11.

(b) Isaia LIII. 1.

Feria quarta post Palmas non est agenda processio. Ad sacrum officium: *In no*][*mine Domini.* Oratio, *Praesta quaesumus omnipotens Deus, ut qui nostris.* Lectio, *Dicite filie Sion.*[a] Responsorium, *Ne avertas faciem tuam.* Lectio, *Dixit Esaias, Domine quis credidit.*[b] Tractus a duobus decantetur in albis. Legatur passio cum salutatione et sine, *Gloria tibi Domine.* Ad vesperum prece *Ego dixi domine miserere mei.* Post vesperum officium mortuorum nec canatur, sed et post completorium cortina tollenda, quae inter chorum et altare pependebat diebus quadragesimae.[1])

Si aliqua festivitas Sanctorum evenerit, ex hinc usque ad feriam quintam in albis Paschae praetermittatur, et postmodum caelebretur.

LIV. Coena domini quinta feria, ante Nocturnos quindecim in instrumento lignorum, ante majus altare XXX[a] sint accensae candelae quot psalmi sund imponendi. Et remanentibus triginta psalmis, ante nocturnas dicatur quindecim sub silentio post ternas orationes facta. Signa sonet secretarius sicut solitus est. Quibus dictis sonantibus signis, postquam dimissis fuerint aebdomadarius incipiat antiphonam, *Zelus domus tuae.* Et statim extinguatur una candela hinc, alia inde, sicque fiat omnibus psalmis incipientibus.

(c) Praef. in Thren. Jerem.

(d) P. L. XXXVI, 760.

Ad obsequium namque ipsum matutinale sive per horas diei antiphonarum, quas dicunt ad finem, tonum non faciant quemadmodum soliti sunt. Infantes pronuntient psalmos, sine benedictione lectiones incipiantur et metro vel melodia finiantur. Prime tres lectiones de lamentationibus hieremiae legantur: *Et factum est postquam in captivitate ductus est Israel*[c] apud nos legantur sine cantu sicuti aliae lectiones. Deinde tres aliae de sermone sancti augustini super psalmum, *Exaudi Deus orationem cum deprecor.*[1])[d] Postea de Epistola ad Corinthios

---

[1]) Rasura.

Primum quidem convenientibus.[a] Quando psalmus inponitur. (a) I. Cor. XI, 20.
Laudate Dominum de coelis, omnes extinguantur candelae praetaer unam: et magistri propter custodiam inter infantes veniant.[1]) Unus ex magistri accendat candelae *lanterna*,[1]) et cum cantor inchoaverit antiphonam: *Tradi*][*tor autem*: extinguatur illa, quae fol. 34r
sola remansit candela. Finito cantico et antiphona prosternantur, et orationem, preces, psalmum et collectam dicant sub silentio. Cum vero prior fecerit signum, surgentes fratres revertantur in dormitorium. Cum coeperit illucescere sonetur squilla modicae. Cantent primam, ymnos et psalmos cum antiphona communiter: preces autem separatim sub silentio. Sed et septem psalmos cum laetania generaliter, sicut nocturnae laudes et matutinae sine versu *Deus in adjutorium meum* recitantur: sic et aliae regulares omnes horae post ymnum sine *Gloria* pronuntiantur. Forsan non intellexisti hoc bene. Dicamus denuo, ut intelligatis melius. Ad horas hymnos sicuti dixerunt praeterito tempore quadragesimae, ita persolvant et psalmos regulares imponant. *Gloria tibi trinitas. Gloria patri, et Deus in adjutorium meum intende:* istis tribus diebus dimittatur. Hora finita, si aliquis frater evenerit ex itinere, accipiat benedictionem, sicut solitus est. Quando signum pulsatur ad tertiam, more solito praeparentur,[1]) et interim dum tertia dicitur, caltiamenta, quae danda sunt fratribus in capitulo per ordinem suspendantur in medio, in quattuor perticas, et totidem columpnis affixis sustentantes eas. Statimque post tertiam veniant in capitulum, et similiter sicut in aecclesia sine benedictione petita, lectione recitata, sed et versu et oratione consuetudinaria sub silentio dicta, lectaque de regula lectione, denuntiet puer brevem et hebdomadarios coquinae nominatim, et sint plus quam aliis temporibus. Post sermonem factum surgant camerarios unus hinc, alius inde, et calciamenta fratribus tribuantur sicut conscripta sunt, aliis rebus necessariis ordinatis, abbas debet jubere praeter illos, qui in ipsa septimana sunt ad sex fratres nominatim qui cum ipso abluant pedes, ad senioribus post hebdomadarios. Exeuntibus a capitulo, quinque psalmos secundum consuetudinem, si anniversarius

[1]) Rasura.

fuerit, dicant in altum: orationem dominicam et praeces sub silentio. Si qui indigent nocturnales a camerario accipiant fol. 31v redden][tes veteranos; quia diurnales jam simul in praephato loco susceperunt. Post capitulum, aliquantulum intervallum factum, sonent signum ad matutinalem missam pro adunatione pauperum, et sacerdos, qui alia ebdomada majorem missam cantaverat, missam peregrinorum dicat, et oblata tribuat. Hostiarii aecclesiae serviant ipsis sacerdotibus, dum signum pulsatum fuerit sicut superius taxavimus. Alii vero sacerdotes, qui missa agere volunt, absque igne faciant tamdiu quousque major saecreta inchoata fuerit. Postea illi, qui dictam non habuerint, accepta licentia ignem habeant. Hora competenti agatur nona, et tunc vestiant se qui missae servitia complere debebunt et qui cantilenae et tres servitores et infantes omnes. Venientibus illis in choro, incipiat abbas psalmum, *Miserere mei Deus*, et tunc veniant ordinati ad ignem benedicendum: in primas aqua sanctam, atque incensum, deinde crucem. Sacerdos et secretarius, qui perticam portare debet in hoc die, dein infantes, et postmodum domnus abbas, et alii sicut sunt priores, et post conversi eos imitantes in novissimis locis, duo et duo. Ubi pervenientes, dicat sacerdos, *Dominus vobiscum*, et benedicat focum novum, et tunc aspergat aquam benedictam in eo, atque accendat candelam perticae, et alia quam infans portare in lanterna debet. Tunc veniant canendo hos psalmos, *Deus in nomine tuo. Miserere mei Deus, miserere mei. Deus misereatur nobis. Deus in adjutorium meum intende:* intrantibus ex januam majoris templi. Psalmodia vero protendatur donec veniatur in chorum. His tribus aequaliter processio caelebretur diebus. Tunc vertantur formulae, sed et omnia signa pulsentur. Postea vero vel in aecclesia vel in claustro nullum sonet eramentum: sed quicquid facere debent fratres, tabulae sonitu nuntietur usque ad missam in sabbato sancto. Deinde missa festivae celebretur. Cantor in choro cappa, diaconus dalmatica, subdiaconus tunica sit vestitus. Ad introitum missae dicant. [1]) *Gloria Patri.* Epistola

[1]) Ipsam missam prout hic annotatur invenies in Missali Monastico Feria V. in Coena Domini. Etiam mandatum seu preces in mandato adhiberi solitae ibi habebis.

quidem, *Con*][*venientibus*,[a] duo fratres responsorium in cappis canant, *Christus factus est*. Evangelium, *Ante diem festum paschae*.[b] Offertorium, *Dextera Domini*. Et tantum mittatur hostiarum ad consecrandum, ut et ipsa die, necnon et in crastinum omnibus sufficiat ad communicandum. Ad pacem etiam omnes venire, communionemque cuncti debent etiam infantes accipere. Post missam pulsata tabula, fiat brevis oratio, sicut aliis diebus ante Vesperam solitum est. fol. 35r

(a I. Cor. XI, 20.

(b Joan. XIII, 1.

Posteaquam exuti fuerint illi, qui sacrata administrarant, simul omnes in refectorio veniant mixtum accipere. Decanus autem claustrensis, et dignior[1]) forensis, cum camerario etiam de aliis fratribus, quibus velint assumere interim dum in refectorio sunt fratres, in locum quo constitutum est, videlicet in claustro juxta ecclesiam deducat pauperes ad sedendum. Exeuntibus de refectorio fratribus sonet prior tabulam; conveniant omnes in claustrum juxta promptuarium, stent ibi sicut sunt priores ordinatim, ut moris est, ad processionem stare. Pueri eant in scola, magistris inter eos stantibus juxta ordines suos inante suos pauperes. Incipiente cantores antiphonam, *Dominus Jesus*, flectant omnes genua sua in terra ad Orientem, ut in eis christus adoretur, eademque ante peregrinos faciant magistris cum infantibus, et incipiant lavare post psalmum, *Deus misereatur*. Post unumquaemque versus expletum cum antiphonam, *Dominus Jesus*, habuerint, psalmus incipiatur, *Beati immaculati:* et ad unumquodque capitulum iterum incipiatur, *Dominus Jesus*, usque, *Lucerna pedibus meis*. Postea dicantur aliae antiphonae, donec singuli fratres singulis pauperibus pedes lavent, tergant et osculentur. Ille namque qui lavat, tergat atque osculetur eorum pedes; alius accipiens linteum inprimis comcam: ipse eat locum ubi frater stat cum aqua et manule, abluat manus suas et regrediatur in suum locum. Caeteri similiter faciant; dum omnes abluti fuerint, incipiant donare aqua illorum manibus, tenente fratre mutuo manule ad illos, et semper unusquisque: hoc][ut factum habuerit, in loco suo iterum veniat. fol. 35v
Ilico ut cuncta facta fuerint, sonet prior tabulam uno hictu

[1]) Rasura. In textu legitur: digenus. Forsan „decanus“ legendum.

tantum. Tunc habeant cellarii vinum praeparatum, et camerarii unus hinc, alius inde fratribus propinent vinum. Et denarios praeparatos habeant, ut dum fratres accipiunt scyphum donent pauperibus. Quibus dantibus vasculum, manus illorum osculentur, *atque iterum*[1]) nummos duos vel tres tribuant cum osculatione. Quod cum fuerint factum, dicat abbas si praesens fuerit, *Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Kyriae eleison, christe eleison, Kyriae eleison. Pater noster. Et ne nos.* Post hanc orationem dicatur apertae, *Suscepimus Deus misericordiam tuam. Tu mandasti.* Et oratio, *Adesto Domine nostrae servitutis.* Psalmus autem, *Miserere mei Deus* dicatur sub silentio, sicque sonantibus tabulis cant in chorum ad Vesperas; cumque fuerint singuli loci suis puer incipiat antiphonam, *Calicem salutaris.* Psalmus, *Credidi.* Antiphona, *Cum his qui. Ad Dominum dum tribularer. Ab hominibus iniquis. Eripe me.* Antiphona, *Custodi me. Domine clamavi.* Antiphona, *Considerabam ad dexteram. Voce mea.* Euntibus senioribus refectorium, secretarii discooperiant altaria. In refectorium sint tabulae coopertae, et caritatem faciant. Ipsa die non debet aelemosynarius panem et vinum accipere, neque sabbato sancto quod remanserit in refectorio. Cum exierint de refectorio fratres versus et omnia dicant sub silentio; deinde lavent pedes suos, et praeparentur ad mandatum fratrum. Primum autem cum ad mandatum convenerint, aebdomadarii, qui exituri sunt de coquina sequenti dominica, pedes omnibus lavent. Postea domnus abbas, si praesens fuerit, ex una parte, prior ex altera lavent pedes, tergant et osculentur. Quod cum fuerit impletum, veniat domnus abbas in locum suum, et duo fratres lavent pedes, servitores autem foras capitulum lavent. Cum vero manus ablutae fuerint, veniat diaconus et tres servitores et vestiantur in aecclesia: diaconus stolam habeat, et accipientes duo candelabra cum candelis, et turibulum cum incenso, sonetque secretarius cum licentia tabulam. Alter ana-
fol. 36r logium portet et diaconus][textum. Quibus ita capitulum intrantibus ante Evangelium surgant omnes, et annuente

[1]) Verba: Atque iterum, in textu primitus non aderant, alia manus ea adjunxit.

abbate, incipiat legere. Cum venerit ad illum locum ubi dicitur, *Surgite eamus hinc,* sonetur tabula, taliterque procedant ad refectorium: in primis analogium et turibulum cum incensu, dehinc alii duo cum candelabris, diaconus in medio illorum. Deinde alii duo et duo: infantes quippe in novissimo loco veniant ante abbatem. Pervenientibus itaque in refectorium, domnus abbas et prior, ministrantibus eis, quibus injunctum fuerit fratribus, dantes osculentur manus eorum, et infantibus similiter. Lectione autem terminata, diaconus ablata stola cum aliis, qui sunt in albis, ad tabulam domni abbatis sedentes, potum similiter accipiant, et bibant. Cum inde revertuntur ad aecclesiam, unusquisque stet in suo loco versi contra orientem; juvenes ad formas stent, cantent completorium sub silentio unusquisque per se.

LV. In Parasceve totidem sint accensae candelae ad nocturnas, quod psalmi sunt imponendi et quindecim graduum psalmos sub silentio dicantur. Quibus dictis perstrepentur tabulae loco signorum in claustro. Lectio ad vigilias, *Et recordata est hierusalem,*[a] ex hieremia. In secunda, *Considerantes autem,*[1]) ex tractatu beati augustini. Tertium Nocturnum legatur de epistola ad hebreos, *Festinemus ingredi;*[b] reliqua alia sicut supra. Die ista vel sabbato horas sub silentio dicantur regulares versis vultibus ad altare. Juvenes ad formas stent: *Dominus vobiscum* nusquam dicatur perhendiem; ad primam veniant discaltiati, quam dicant sub silentio. Antiphonam ex evangelio ipsius diei, sicut dies illa ad horas promserunt de suis; ita et sabbato sancto de proprianeis antiphonis prosequantur. Post primam dicant septem psalmos communiter et laetania. Exeuntes communiter, fratres dicant in claustrum psalterium ex integro, *Laudate Dominum de coelis* usque. Sed et infantes cum magistris similiter faciant. Corone et omnes cruces discooperiantur ante tertiam. Istis namque duobus diebus, majus fiat intervallum, quam soliti sunt agere.

Post nonam vero vestiantur albi illi, qui obsequium agere debent aecclesiae et][infantes toti. Revertentibus ex igne fol. 38v

(a) Thren. I, 7.

(b) Hebr. IV, 11.

1) Rasura. In textu: alia manus adjunxit: Vel ex psalmum: *Deus, deus respice in me.* (P. L. XXXVI, 167 ss.)

benedicto, prior debet portare lumen. Ilico ut perventi fuerint in choro, subdiaconus procedat ad gradus et proferat lectionem hieremiae, *Haec dicit Dominus Deus in tribulatione sua; mane consurgent a me.*[1]) Revertentibus ex igne benedicto, veniant sacerdos de sacrario cum sacris ordinibus cum silentio nichil canentes ad altare postulans pro se orare. Dum facta habuerit confessio cum levita dicat; *Oremus,*[2]) diaconus pronuntiet, *Flectamus genua,* et post paululum dicat, *Levate:* et sacerdos promat hanc orationem, *Deus a quo et judas.*
(a) Os. VI, 1. Prophetia, *Haec dicit Dominus.*[(a)] Tractus, *Domine audivi.* Tunc praecedat sacerdos et dicat ad altare, *Oremus.* Levita pronuntiet, *Flectamus genua.* Oremus, *Deus qui peccati*[3]) *vete-*
(b) Exod. XII, 1. *ris.* Lectio de Exodo, *Dixit dominus ad moysem.*[(b)] Tractus, *Eripe me domine, ab homine malo.* Qua lecta veniant duo in albis et tractum dicat, *Domine audivi,* quem repetant per unumquodque versum. Altera prophetia recitata eant duo alii et inchoent tractum, *Eripe me domine,* quem similiter recapitulent. Passio sine salutatione, legatur. Cum autem dixerit ille, qui legit versum, *Diviserunt sibi* venientes juxta altare unus hinc, alius inde dividant sibi sindones: qua perlecta veniat sacerdos ad altare, et sollempnes orationes, quae sunt in sacramentorum libro dicat: et pro judaeis non dicatur *Flectamus jenua.*

Quibus exactis ordinentur tapetia ante altare, et sacerdos exuat se casula atque stola: et diaconus stola, quia in hac hora sine casula esse debet. Deinde exeant duo sacerdotes vel diacones albis induti sustentantes crucem, quae velata esse debet, retro altare canentes hunc versum, *Popule meus.* Haec contra sint ante altare duo albis vel tres similiter induti grecae respondentes, *Agyos O theos:* deinde clerus latine prosequens decantet, *Sanctus Deus, Sanctus fortis:* inde duo,
fol. 37r qui crucem sustentant moventes][se, deferant crucem aliquantulum inantea canentes iterum versiculum, *Quia eduxi te.* Respondeant duo; *Agyos O theos:* ac deinde clerus subsequatur:

---

[1]) Non Jeremiae, sed Oseae prophetae est lectio ista (Os. VI, 1—6).

[2]) Liturgiam hanc totam invenies in Missali Monastico Feria VI in Parasceve.

[3]) Verba „peccata veteris" abrasa inveniuntur in textu.

Sanctus Deus: iterum duo, qui crucem sustentant, accedentes prope altare canant, *Quid ultra.* Respondeant duo: *Agyos O theos:* ac deinde clerus, *Sanctus Deus.* Tunc ipsi duo, qui crucem tenent, venientes ante altare crucemque nudantes incipiant antiphonam, *Ecce lignum. Beati immaculati.* Tunc projiciant se omnes in terra adorantes sanctam crucem, dumque adoratur, duo illi sustentent crucem, quousque alii veniant et ipsi ad adorandum decantent, *Crucem tuam*, et hos antiphonas, *Dum fabricator*, post antipbonas canentur hi versus, *Crux fidelis,* et alii sicuti scripti sunt. Cum vero a loco ubi adorata est tollitur, et in loco erigitur disposito, haec antiphona imponatur, *Super omnia ligna caedrorum.* Qua peracta abluant manus suas duo presbyteri, et diaconus, qui debet Corpus Domini tractare, casulis induti vel cappis: ad aram constitutam veniant cum candelabris atque incenso, et ordinent ibi calicem cum vino et aqua in ipso infusa, et conficiatur domini Corpus. Mox ut perfectum habuerint, et caeperint pergere ad altare majus, in quo ordinatam habeant sindonem atque corporale, ilico prosternant se omnes in terra et sacerdos accipiat turibulum et calicem incenset, atque altae dicat *Oremus, Praeceptis salutaribus. Pater noster* dein, *Libera nos quaesumus Domine,* sub silentio. Subsequatur altae *Per omnia saecula saeculorum,* et mittat Corpus domini in vino. *Pax Domini* praetermittat. Deinde per ordinem veniant omnes ad communicandum, etiam infantes, et cum communicati fuerint, sonetur tabula, factaque oratione lavent pedes suos, et caltient et revertentes ad aecclesiam pulsantesque omnes tabulas, dicantque vesperas sub silentium unusquisque sibi. Antiphona, *Cum his qui. Ad Dominum.* Antiphona, *Ab hominibus iniquis. Eripe me domine ab homine.* Antiphona, *Custodi me a laqueo. Domine clamavi.* Antiphona, *Considerabam ad. Voce mea.* Antiphona, *De manu filiorum alienorum. Benedictus dominus deus meus.* Aliud non est imponendum nisi antipho][na et fol. 37v *Magnificat* secretae sibi dicentes. Deinde *Kyrie eleison. Pater noster;* praeces, *Ego dixi Domine,* adjungentes psalmum, *Miserere mei Deus* cum *Oremus*, et finit. Secretarius vero praeparent se et lavent altaria, in primis aqua, et postmodum de vino. Biduo ante habeant famuli Ecclesiam scopatam, atque

aliquid ex scirpo missum etiam et in claustro similiterque capitulo. Senioribus in refectorio pergentibus tantummodo panem et aquam accipiant, et de herbis si voluerint: quicquid paratum est helemosynarius accipiat. Iterumque secundum consuetudinem pulsata tabula veniant ad bibendum, sed et helemosynarius illis, si ita volunt, aquam bibentibus totum vinum accipiat: ad collationem autem dum conveniunt pulsata tabula ad caritatem, ad bibendum portetur omnibus vinum.

LVI. Sabbato sancto vigiliae matutinae et omnia celebrentur, quemadmodum jam intulimus.[1]) Lectiones de haeremiae lamentatione.[2]) In secundo nocturno expositio, *Deus laudem meam*.[a]) In tertio nocturno *Christus assistens Pontifex*.[b]) Valde namque mane adornetur tota Ecclesia cortinis lineis atque laneis et palleis per parietes undique. Formulas tapetia, chorum circumdent bancalia. Arcum principalem magnis ornamentis instrumentis aptis pro ea re expositi ponant. Fronspicii extrinsecus super januas velamen ponant eglyphinatum ex picturis variis. Inprimis altaria debent ordinari et evangeliorum textibus auro gemmisque opertis atque aliis argento inclusis in majus scilicet altare necnon et crucifixo vel cruces, quas in lignorum materiae post ipsam aram ordinent et quae cum ibi sint reconditae filacteriae; tunc debent vestire se secretarii albis cum accipiunt ipsas inde. Et ante majorem(!) altare in pertica suspendant et altariola atque auream coronam eademque de capsis faciant, tabulas quidem cum imaginibus sanctorum auro textas ante arcum principalem collocent. Cortinas lineas sutores famuli appendant. Laneas autem custodes nemorum. Pallia tantum procurentur ordinare secretarii. Curatores refectorii accipiant bancalia ex secretario ad ornanda sedilia et squillae[3]) aliae argenteae accipiant a camerario, quae sedeant octavis
fol. 38r tan][tum et mantilia dentur, quae maneant diebus quattuor, et alia ornamenta adornent sicut in die Natali Domini. In cerei namque columpna scribat armarius annos Domini, et

(a S. Aug. enarrat in ps. CVIII. P. L. XXXVII, 1431.
(b Hebr. IX, 11.

[1]) In margine legitur totus locus incipiens a verbis: „In primo nocturno" usque „Pontifex."

[2]) Sunt hae lamentationes Jeremiae c. III, 22 et oratio ipsius prophetae (c. V.) Videsis Breviar. Monastic. Sabbato Sancto (Pars. Vern).

[3]) scille in margine.

epactam qualiter ipso anno currere cernitur, priusquam incipiat benedicere. Post nonam vestiantur omnes, qui ad sacram aliquid habuerint legendi vel canendi, aut servitium faciendi, et tunc infantes vel omnes fratres veniant in aecclesiam, et pergant ignem benedicere in claustro, abbas portet lumen. Revertentibus inde induat se diaconus stola et dalmatica, et ilico incipiat sanctificare cereum. Dum fuerit benedictus, ipseque semper ardere debet, sicut in ejus benedictionem dicit beatus gregorius, usque in crastino dum missa expleta fuerit. Sint octo circumdati cappis, qui ad missam *Alleluja*, vel cantum cantent.

Missam agere matutinalem in hoc die non convenit nisi postquam fuerint lectiones expletae aut inchoatae. Et si est aliquis, qui ante missam vult agere, quod raro est concedendum, sed tamen cum licentiam domni abbatis habuerit, debet habere tres vel quattuor ministros, qui eum adjuvent: sine igne tamen faciat in hac hora, nisi forte domnus abbas talem locum remotum ipsi praestiterit, ut ignem benedicere possit. Sive iste, sive illi, qui post lectiones dicunt missam, laetaniam faciant, priusquam missam incipiant. Nam illi, qui priusquam cereus est benedictus dicunt sacram, lumen habentur. Lectiones legant imprimis priores et tunc juniores. *Lectio libri Genesis*, nec ad istam, nec ad ullam aliarum pronuntiabitur, sed tantum initium lectionis incipitur quale fuerit. Similiter faciat sabbato pentecostes.[1]) Lectio prima, *In principio creavit deus.*[(a)] Finiente veniat sacerdos ad altare, et hanc orationem dicat: *Deus qui mirabiliter, creasti hominem.* Secunda Lectio, *Factum est in vigilia*[(b)], canticum in exodo a duobus fratribus cantentur in albis *Cantemus Domino.* Oremus, *Deus cujus antiqua miracula.* Lectio, *Apprachendent septem mulieres.*[(c)] Cantycum, *Vinea facta est.* Oremus, *Deus qui nos ad celebrandum paschale.* Lectio, *Haec est haereditas.*[(d)] Canticum, *Attende coelum.* Oremus, *Deus qui Ecclesiam tuam semper gentium.* Sine lectione canticum de psalmo, *Sicut cervus.* Oremus, *Concede quaesumus omnipotens Deus,*

a) Gen. I, 1 ss.
b) 1. Reg. XI, 11(?).
(c) Isaia IV, 1.
d) Jos. XIX, 8. XIX, 16(?).

---

[1]) Omnem liturgiam hanc in Missali Monastico Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes invenies.

fol. 38v *ut qui festa.* Alia oratio, in eodem psalmo][quadragesimo primo: *Omnipotens sempiterne Deus respice propitius ad de*(!). Deinde veniant duo fratres in choro cum cappis, et inchoent laetaniam per omnia ut mos est dicere pueris feriatis diebus ante missam. Imprimis duo ipsi, deinde chorum abbatis et postmodum ex alia parte. Protinus ut, *Propitius esto*, dixerint procedat sacerdos in sacrario cum aliis ministris, et tunc subdiaconus induat tunica. Statim ut peracta fuerint initient, *Accendite. Kyrie eleison,* quem dicant sicut mos est dicere missae. Tunc pulsentur omnia signa et candele accendantur ante altare et posteriora ejus, et per unumquodque altare ardeant una candela usque dum dicitur *Benedicamus domino* ad vesperas. Quinque columpnis cereorum ardeant feria secunda usque.

De sacrario non portatur lumen ante evangelium in hoc die, sed tantummodo incensum solum. Sed tamen ab inchoatione evangelii usque ad finem missae, sicut mos est candelabra teneantur, veniantque ad ara et faciant orationem sacerdos et levita. Dimissis signis dicat, *Gloria in excelsis Deo* sacerdos. Oremus, *Deus qui hanc.* Epistola, *Consurrexi.*[a] Alleluja, *Confitemini Domino.* Tractus, *Laudate Dominum.* Offertorium, Communio, nec *Agnus Dei* dicatur, quia vere ipse agnus immolatus est pro peccato mundi. Mox ut communicatum fuerit, dicatur Oratio post communionem, et *Ite Missa est.* Sonentur simul duo squillae. Ad vesperam preces faciendam ad ultimum conclassentur omnis(!) signis, *Alleluja, Crucifixus surrexit. Alleluja* ex ipsa antiphona. Psalmos, *Confiteantur* cum aliis subsequacibus, *Sicut surrexisti.* Responsorium, *Angelus Domini locutus est.* Ymnus, *Ad cenam agni.* Versiculus, *Surrexit dominus.* Abbas, et sacerdos induantur cappis ad altaria aromatizanda. Antiphona, *Vespere autem.* Oremus, *Deus qui hanc.* Expleta sanctorum suffragia, eant ad sanctam crucem hoc responsorium canendo, *Dum transisset.* Versiculus, *Dicite in nationibus.* Oratio, *Deus qui ad eternam vitam in christi resurrectione nos praeparas.* Dicta ipsa vespera, per-
fol. 39r gant ad reficiendum. Ipso die in refectorio][coopertae sint tabulae et caritatem faciant, et praestantius habeant, quam caeteris diebus usi fuerant. Mandatum eo die non faciant, quia quinta feria peractum est deo opitulante.

[a] Forsan epistola: Si consurrexistis. Coloss. III, 1.

Mores paschales sic observetis ovantes.

LVII. Die sancti Dominici paschae ante nocturnale obsequium accendantur omnes coronae et fari, et tria candelabra ante altare, et una post tergum ejus. Ad cantica augeantur duodecim anterius et novem posterius et quindecim superius. Vitatorium a quattuor decantabitur in cappis. Ad nocturnas una sex psalmi terminentur antiphona, *Ego sum qui sum*. In secundo, *Postulavi patre*. Ad Cantica, *Ego dormivi*. Octo lectiones de sollempnitate ex evangelio expositionis vigiliae diei sabbati beati hieronimi, *Vespere autem sabbati, quae lucaessit*.[a] Post trinas lectiones sit sacerdos indutus cappa, incenset tantum principale altare, et deinde fratres in choro. Responsoria a binis dicentur. In tertia nocturno recitetur evangelium ipsius diei expositionis beati gregorii papae. In matutinis laudibus, antiphone quinque dicentur et per unamquamque antiphonam dum finitur repetant *Alleluja* ex ipsa, eademque in horis faciant. Ad stationem responsorium, *Et valde mane*, vel *Maria magdalena*. Versiculus, *Dicite in nationibus*; collectam ex ipsa resurrectione, quae conveniat. Priusquam primam inchoënt, tres calices aureos, et reliquiae minores, cum aliis insignis imperialibus, et duo candelabra, quae jugiter ardeant perhendie, in altare superponant. In horis singulis accendantur tria candelabra. Ad hymnorum finem decantent: *Quaesumus auctor omnium*. *Gloria tibi domine*. Ad matutinalem missam una solummodo collecta imponatur et praephatio non dimittatur. Abbas namque jubeat, ut aliquis ex fratribus aliam missam canat ad altare sanctae crucis communicaturus laicos. Dum *Sanctus, sanctus* istius missae dicitur, a maximo usque ad minimum vestiantur albis. Mox ut aqua fuerit benedicta, inponant hanc antiphonam, *Vidi aquam*. Tunc veniunt duo ex juvenibus aut de infantibus, quibus annuerit armarius, et induan][tur tunicis, ad deferendos textos evangelii; sacerdotes quattuor venientes accipiant reliquias minores. Duodecim conversi sint, quorum quattuor candelabra deferant, et duo ad turibula se praeparent, aliud(!) timia materiae deportet, quattuor alii accipiant cruces atque unus aquam benedictam. Cantores autem inponant responsorium ex

(a) P. L. XXVI, 224.

fol. 39v

beata maria quale velint condecens. Venientibus sic per ordinem: Inprimis aquam sanctam, crucem atque sacerdotes dicendo orationes per officinas. Deinde duae cruces in medio earum crucifixus. Subsequantur candelabra bina unus inter ea textus. Similiter duo alia candelabra cum texte (!) evangelii. Ex tunc adjungantur illi duo cum regalibus signis. Dein magistri eum infantibus. Abbas post eos. Aliis e moribus venienti (!) duo et duo sicut priores sunt. Ita vero illis egredientibus dicat sacerdos orationes in domo infirmorum. Sicque veniat ante aram sanctae mariae dicens hunc versum, *In resurrectione tua christe,* orationem de resurrectione, quae conveniat. Exeuntis vero sicuti venerunt, ita eant. Convenientes autem in atrio ante januam monasterii stent ordinati ut venerunt, in medio seniores, sicut mos est in choro stare. Tunc armarius annuat cantoribus, quibus ei visum fuerit, ut conveniant in medio post infantes, imponantque hanc antiphonam, *Crucifixum in carne,* ter cum repetitione, *Nolite metuere.* Intrantes aecclesiam, Paraphonista incipiat antiphonam, *Christus resurgens,* vel responsorium, *Maria magdalena.* Pulsantibus omnibus signis, dicta oratione agant tertiam. Secretarii cooperiant altare ex duobus palliis, et album, et tunc donet cappas, quae in choro debent esse ad armarium. Et tunc incipiat ipse secretarius distribuere per singulos alios etiam ad conversos. Ad infantes tunicas. Pulsantibus signis, officium duodecim teneant. Responsorium quattuor, Alleluja sex, candelas ante altare duodecim, posterius decem: ad sequentia, pulsentur duo signa; expleta missa, caetera. In refectorio haec generalia habeant: prima ministratio ex pisciculis, cellararius debet praeparare, et septimanarii deportare. Secunda, quod praefol. 40v paratum ha][buerint coquinarii deferatur, et cellararius imponat. Nam ut factum habuerit, sonet signum annuente abbate, et ilico surgat refectorarius, percutiat uno ictu squillam. Tunc surgant omnes conversi ad propinandam potionem. Interim vero cellararius cum suis officialibus deportet pietantiam ad mensam prius domni abbatis, et sic inde per alios. Ilico surgat procurator refectorii, faciat ut prius. Conveniantque omnes diaconi caritatem ferentes. Dehinc ebdomadarii coquinae dent suum pulmentum. Statim ut sonuerit squilla iterum eat

provisor refectorarii, faciat, ut mos est. Tunc conveniant sacerdotes et propinentur vinum; quot vices propinantur, tot sonitus squillae fieri debent. Hoc quod intulimus non tantum pro gula vel ebrietate explendam, quam ad[1]) caritatem tenendam et ob amorem christi complendum. Trina haec propinatio, significatio trinitatis est: quia quidquid agimus in nomine et individuae trinitatis inchoare atque perficere debemus. Et hoc absque dubio si quis requisierit invenire poterit in Concordia Regulae, et in expositione regulae hildemari. Surgentes a refectione requiescant in lectulis suis. Approximante hora nona, sonet secretarius signum modice; surgant, lavent manus ac facies suas. Denuo signo pulsante pergant pueri loco suo in choro; quod tamdiu teneatur signum quousque ab oratione surgant. Ad vespera sint omnes candelae accaensae ante altare et aliae, quae postergum (!) illius ordinatae sunt. *Alleluja. Scio quod jesum.* Canantque hos psalmos, *Dixit Dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate.* Responsoria, quae voluerint, promant ex brevioribus. Ad commemorationem sanctorum cotidie dicatur antiphona de cruce ex ipsa festivitate, ad stationem antiphonam de sancta Maria ad suam basilicam pergentibus.

Tres dies celebrentur in cappis cum summa devotione, quod ita agi oportet: ad inchoationis obsequium nocturnalis duo signa pulsabuntur, tria candelabra ante, et retro unum. Vitatorium][unus ex pueris, *Surrexit Dominus vere. Alleluja*, fol. 40r
in primo et secundo nocturno, sive vespere puaeri dicant. Per horas diei ab aebdomadarii antiphonae dicantur. Evangelium pronuntiabitur tota septimana. Responsorium, *Angelus Domini descendit.* Ante laudem matutina accendantur ante altare XIIci candelae. Retro septem. Superius quindecim. Alias una. Tunc sonentur omnia signa et matutina incipiantur. Antiphona, *Prae timore autem* et aliae, que sequuntur tantum unam canendo per singulos dies ebdomadario incipiente. Sacerdos sit in cappa, a quo altaria incensentur. Ad horas tres candelae. Ad matutinalem missam una collecta; officium et alia omnia sicuti die dominico dicta fuerint, ita dicantur tota septimana,

---

[1]) In textu: Ut.

praeter praephationem, quae non est canenda nisi istis tribus diebus. Ad majorem sint omnes sacerdotes atque levitae in cappis: tribus corporalibus altare circumdetur: candelae ante et retro illuminentur. Offertorium sex sustentent; in expletione missae cunctorum signa heramentorum pulsentur. In refectorio cotidie faciant caritatem, similiter collationem. Tota septimana dicantur ad vesperam psalmi sicut die Dominico, cum *alleluja* quale voluerit. Accensio luminis sicut ad missam fiat.

Aliis tribus diebus mediocriter ad nocturnale officium sint tria candelabra ante aram et retrorsum unum. In matutinis laudibus pulsabuntur omnia signa. Candela una augeatur et tabula discooperiatur. A pueris autem responsorium sive *Benedicamus Domino* in ante non peragitur, sed in loco suo agitur. Sacerdos alba induatur ad incensandum. Filacteriae superstolantur, et tapetia ex formis auferantur. Ad matutinalem missam omnes collectae, ut solitum est, dicantur. Ad majorem faciant veluti usus est agere XII. lectionibus, et de candelabris eadem faciat. Praephatio praetermittatur.

LVIII. Sabbato in albis, vitatorium, *Alleluja, alleluja.* In matutinis laudibus, sive vesperae responsoria brevia qualia fol. 41r voluerint Paschalium,][*Alleluja* tam in nocturnis quam horis per singulos dies decantentur. Similiter versus, qui sunt annotati ipsius diei. Vespere sint quinque candelabra ante aram, posterius trina. Psalmos inponant, *Confiteantur.* Antiphona, *Cum esset sero.* Oremus, *Praesta quaesumus omnipotens.*

✗ LVIX. Octavis resurrectionis domini. Summo studio celebretur. Accendantur mox ut fuerit expletum canticum graduum, tres candelae ante aram, et retro una; ad cantica augeantur duae antea, posterius una, superius quindecim. Vitatorium duo in cappis, *Alleluja, alleluja.* Lectiones sanctorum vel patribus seu actuum apostolorum, *Primum quidem.*(a) Act. I, 1. Responsoria, *Angelus domini descendit*, quartum, octavum et duodecimum a duobus decantabitur. Duodenum namque a capite recapituletur post *Gloria* dictam. In evangelio antiphona, *Post dies octo.* Ad matutinalem missam una collecta, et Praephatio Paschalis. Ad processionem venientibus ante januam coenobii, dum ordinati fuerint sicut mos est, tunc

praecedant quattuor in medio et dicant, antiphonam, *Crucifixum in carne;* tunc omnes debent esse sacerdotes et levitae in cappis. Ad majorem missam sint septem candelabra ante aram, posterius tria. Praephatio canitur. Ad expletionem sacrae omnia signa pulsentur. Ad horas tria candelabra sint. Ad vesperas, *Alleluja,* quemadmodum diatim ordinatae soliti sunt imponere ita persolvant, et psalmos ipsius diei dominici recitent.

LX. De pascha annotina

Sanctum pascha, quod praeterito anno celebravimus, si quadragesimae occurrerit, nullatenus agitur: si vero post pascha inventum fuerit, omne, quemadmodum in domini resurrectione decantandum est, ita adimpleatur; praeter evangelium quod legatur: *Erat homo ex Pharisaeis.*[a] Quando in duodecim lectiones evenerit, matutinalis sacra inde agatur. Et si in cotidianis diebus adventaverit, majorem missam caelebrent ex eo. a) Joan. III, 1.

Cum Octavae

Paschae celebratae fuerint, hoc modo agant privatis diebus][mox ut expleverint nocturnales obsequium, sonetur signum, et matutinae laudes inchoentur.[1] In hoc namque loco priusquam alia inseramus, aliqua locutiuncula perdignum ducimus, ut dicamus. Erunt forsan nonnulli, qui haec inquirunt: Qua ratione intervallum non fit, sicut regula praecipit.[2] Responsio. Sunt quippe nonnulli fratres, qui diverso morbo laborant, quod antecessores nostri utiliter praeviderunt, hanc discretionem habere, ut ad nocturnale obsequium, mox ut dictum fuerit, *Venite exultemus domino:* in Laude, *Deus misereatur nostri,* exeant illi, qui indigent et revertantur, prout prius potuerint; pro alia aliqua nullo modo adsensum damus: etiam illos, qui frequenter agunt, corripimus. Insuper et psalmos, quos studiose decantare domino suffragante debemus, propter brevitatem noctium absque mora oportet initiare. In evangelio antiphonae, quae fuerunt ex die resurrectionis, possunt dici cum caeteris, quae in die dominico habentur, usque in diem ascensionis domini. Expleta sanctorum suffragia eant in alium chorum et agant matutinas omnium sanctorum et fol. 41v

---

1) Rasura. 2) Reg. cap. VIII.

matutina pro defunctis, *Deus auribus nostris*, et quinque psalmos, pro fratribus nuper defunctis. Ante primam subtollantur pallia ecclesiae, et evangeliorum textes, et alia ornamenta, quae usum est auferri. Ad primam, *Miserere mei deus*, septem Psalmos, et letaniam atque missam pro defunctis. In capitulum convenientibus tribus vicibus, *Deus in adjutorium meum intende*, absque genuflectendo dicatur. Surgentibus ex ipso infans, qui primus de aliis est, praeparare tabulam semper debet ad priorem, vel ad illum, qui ordinem tenet, si praesens prior non fuerit, quae sexies percuti debetur; psalmos de horis familiaribus, quos solebant dicere, dimittant. Nam si evenerit, ut aliquem psalmum imponi necesse fuerit, aut jam inchoatum habuerint, vel defunctum tenuerint, pro hoc decantare congruum videtur. Pulsante hora tertia conveniant omnes in ecclesiam, et ad orationem expleta eat sacerdos cum ministris et inalbent se; veniens in choro denuo, signum pulsetur atque horam reddant et puer inchoet letaniam; ad offeren-
fol. 42r dam][vadant quemadmodum mos est. Sexta feria namque agere debent missam sanctae crucis. Post nonam exeuntes ex[1]) refectorio, coadunentur in capitulo, et dominus abbas dicat tribus vicibus, *Deus in adjutorium meum intende; Domine ad adjuvandum me festina*. Inprimis reverentia, atque tabula sonantes sex pulsis. Genua nullo tempore in hac prece curvabuntur. Oratio, *Pater noster. Et ne nos. Adjutorium nostrum. Benedicite*. Si quis horae nonae non praesens fuerit somni neglegentia, in capitulo satisfactionem faciat omnibus stantibus, alia namque facinora incrastinentur. Exeuntes inde inclinentur ante et retro, et pergat unusquisque quod ei injunctum fuerit. Vesperam namque exeuntibus servitoribus de refectorio, sonet signum, et conveniant cuncti in unum, et agatur officium mortuorum.

LXI. Dominica prima

post octabas paschae sabbati ad Vespere responsorium, *Ego sicut vitis*. Vitatorium, *Alleluja, Venite exultemus domino*, in eo tono sicut septuagesimae. Lectione(s) de revelatione[2])

---

[1]) Rasura.
[2]) i. e. de apocalypsi.

beati johannis evangelistae. Responsorium, *Dignus es domine,* duabus hebdomadibus.

LXII. In festivitate sancti marci evangeliste. Vespertinum capitulum ex apostolis, unum responsorium eorundem breve. Ymnus, *Exultet celum.* Antiphona, *In medio ecclesiae.* Oratio, *Ecclesiam tuam.* Vitatorium, *Alleluja,* sicuti LXXme; duo fratres in albis. Ymnus, *Aeterna christi munera.* In unoquoque nocturno dicantur *Alleluja* ex sanctis; psalmos, ut mos est, cantent de apostolis. Lectiones de homilia sancti Augustini in expositione evangelii, *Ego sum vitis vera.*[a] Responsoria, *Virtute magna,* IIII^tii, VIII^va, XII^ma infantes dicant. *In omnem terram. Constitues eos. Nimis honorati sunt.* In laudibus, *Alleluja* de sanctorum antiphona cum psalmis quinque sub uno cursu. Ad missam officium, *Protexisti me.* Prophetia ezehihelis.[b] Item, *Alleluja, Confitebuntur.* Evangelium, *Ego sum vitis vera.*[c] Offertorium, *Confitebuntur caeli.* Communio, *Laetabitur justus.* Ad vesperam *Alleluja* beatorum][sanctorum et psalmos apostolorum.

LXIII. Dominica secunda post octavas paschae dicatur scola responsoria brevia cum *Gloria patri* canendo. In primo, secundo, vel tertio nocturno, *Surrexit dominus de sepulcro. Surrexit dominus vere. Gavisi sunt discipuli.* Abhinc usque kalendas Septembris dicantur propria ad diem pertinentia, praeter quando historia ponitur, quae ex ipsa majores fratres promant. In resurrectione domini servitores exeuntes ex refectorio eant per scolam in oratorio sanctae Mariae suaviter decantando, *Miserere mei Deus.* Totum aestivum tempus sic faciant, si bis comessuri sunt, sero vero inde non incedant, sed per alium claustrum juxta promptuarium.

LXIV. Dominica tertia post octabas paschae. Sabbato ad vesperum. Responsorium, *Viderunt te aquae Deus.* In crastino legantur de septem epistolae canonicae. Responsorium, *Si oblitus fuero tui,* usque ad ascensionem domini.

In festivitatibus sanctorum apostolorum philippi et jacobi. Ad vespera quina candelabra ante altare. Capitulum, *Stabunt justi.* Responsorium a pueris decantetur ad gradus, *In omnem terram exivit sonus eorum.* Sacerdos sit in cappa.

[a] P. L. XXXV, 1839.

[b] Ezech. I, 5.

[c] Nunc legitur evangelium Luc. X, 10. „Designavit Jesus“. fol. 42v

Antiphona, *Tanto tempore.* Supervenite a duobus canatur in cappis, *Alleluja, alleluja.* Lectiones octo ex sermone sancti augustini. Responsorium, *Virtute magna.* Quartum, octavum duodecimum a binis decantentur. In tertio expositionem evan-
(a S. Aug. in Joan. XIV, 1 ss. P. L. XXXV, 1812 ss.) gelii ipsius diei.[a] In laudibus quinque antiphonae inponantur, responsorium atque *Benedicamus Domino* ante aram cantent pueri. Si habuerint aliquem sanctum ex eo repetant antiphonam et matutinalem sacram ex eo agant. Debent esse omnes sacerdotes atque levitae ad majorem missam in cappis, septem cereostati ante altare; quattuor fratres teneant officium. Epi-
(b Sap. V, 1. fol. 43r) stola, *Stabunt justi.*[b] *Alleluja, Stabunt justi.*][Item, *Alleluja, Confitebuntur.* In horis antiphone, quae in laude fiunt, inponant. Ad vesperam *Alleluja* ex antiphonis ipsius diei, unam tantum et psalmos Apostolorum.

LXV. Inventio sanctae crucis. Ad vesperam:

Antiphona, *Crucifixus in carne, alleluja, alleluja.* Psalmos ex feria ipsius diei. Capitulum, *Mihi autem absit gloriari.*[1]) *Hoc signum crucis.* Ymnus, *Vexilla.* Antiphona, *O crux.* Oratio ipsius diei et repetant antiphonam de sanctis. Statio fiat ad sanctam crucem, responsorium vel antiphonam, quae conveniat et oratio de ipsa cruce, eademque in crastino faciant, post sanctorum suffragia. Supervenite, *Alleluja, alleluja* sicuti diebus dominicis solitum est, tamen a duobus cappis indutis decantetur. Ymnus, *Aeterna christi.* Lectiones octo de Sanctis. Responsorium, *Pretiosa;* quartum, octavum et duodecimum duo fratres decantabunt. Ad cantica antiphona, *Alleluja, alleluja. Dulce lignum.* Canticum namque de abacuc
(c Habacuc. c. III, 1—19.) propheta, *Domine audivi,*[c] quod dividatur in binas Glorias,[2]) videlicet *Numquid in fluminibus. Existi in salutem.* Lectiones
(d Joan. III. 1.) quattuor de evangelio, *Erat homo,*[d] expositionis ejusdem diei. In laudibus antiphonae quinae promantur. Breviata responsoria sive *Benedicamus domino* tam in hac hora, quam ad vesperas pueri ante gradus proclament. Matutinalem missam

---

[1]) Primitus in textu „minis" legebatur, quod deinde in „absit gloriari" correctum est.

[2]) Dividendo canticum seu orationem prophetae in binas glorias ad versum octavum „Numquid in fluminibus", et ad versum decimum tertium „Egressus es in salutem", tria cantica efficiebantur.

ex ss. eventii et theodoli natalitio faciant, majorem vero antequam incipiant, sacerdotes atque levitae omnes sint amicti cappis. Septem candelabra ordinent ante altare cum illis, quae conversi deferunt. Officium teneant quattuor. Ipsum, *Nos autem gloriari.* Epistola, *Confido de vobis in Domino.*[a] *Alleluja, dulce lignum.* Item, *Alleluja, christus resurgens.* Evangelium, *Erat homo;*[b] per horas dicantur antiphonae de laudibus. Ad vesperam antiphona, *Alleluja, Crucifixus.* Psalmos, *Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate pueri.* Ymnus, *Vexilla.* Oratio ipsius diei. Cantor namque dicto *Benedicamus domino* antiphonam repetat sanctorum cum Gloria.

(a) Galat. V, 10.
(b) Joan. III, 1.

LXVI.][Festivitate sancti majoli post nonam vigilia diei, decoretur aecclesia, chorus tantum cum novem palliis et bancalibus circumdetur, in formas tapetia coaptentur. Tres textus obtima (!) super altaria adsint et instrumento lignorum adfigant tres crucifixos aureos. Ad vesperam quina candelabra ante ipsam aram et retro tria. Capitulum, *Beatus vir, qui suffert.* Responsorium duo inponat ad gradus, *Sanctissime confessor.* Ymnus, *Iste confessor.* Sacerdos sit in cappa circumgyrando altaria turibulo. Antiphona, *Sanctissime.* Oratio, *Intercessio nos.* Ad stationem assumant responsorium de hystoria patris nostri benedicti. Similiter orationem, quam velit ex ipso. Vitatorium duo adimpleant amicti cappis, *Alleluja, alleluja;* psalmus, *Venite.*[1] Ymnus, *Rex gloriose martyrum.* Unam tantummodo antiphona cum alleluja per unumquaemque nocturnum assumat. Candelae tres ante altare et retro unam. Lectiones octo ex sermone suo nomine dictato legant. Responsorium, *Beatus vir,* et alia, quae conveniunt assumant e sanctorum hystoriis, IIII^tu^, VIII^vu^, XII^mu^ a duobus; promant ad gradus. Ad cantica augeantur candelabra duo anterius. Similiter posterius. Superius XV^cim^, altaribusque juxta majus sita sunt una solummodo. Homelia ex evangelica lectione, *Ego sum vitis vera,* de expositione beati augustini.[c] Ad matutinalem missam unam collectam. In horis tria candelabra accendantur. Ante tertiam autem omnes sunt parati albis.

fol. 43v

(c) P. L. XXXV, 1839.

[1]) Est psalmus nonagesimus quartus, qui ad matutinum seu vigilias cum Invitatorio quotidie recitatur.

Qua dicta tribuat armarius vel secretarius cappas per singulos, pueris tonicas. Dum accepta habuerint, non se ilico induant, sed ad basilicam, quae est suo nomini dicata pergant. Tunc sint ad processionem aptata duo candelabra, textes evangelii, aqua sancta, crux et praecedant ad ecclesiam prenotatam ordinatim, ut mos est aliis processionibus hos psalmos decantando, *Beatus vir,* aut *Ad dominum cum tribularer.* Similiter in redeundo cum jam prope fuerint incipiant responsorium in ejusdem laude; peractum dicat sacerdos versum, *Os justi. Dominus vobiscum.* Collecta ejusdem, tunc faciant simul
Fol. 44r orationem. Surgentes induant cappis et inchoent officium.][Signis interim pulsantibus, quattuor vel quanti armario placuerint, teneant officium. Ad ipsam sacram septem sint candelabra ante altare, et tria retro. Officium, *Protexisti me Deus.* Oratio, *Intercessio nos.* Capitula, *Justum deduxit dominus per vias rectas. Justus ut palma.* Item *Alleluja, Justus*
(a) Joan. XV, 1. *germinabit.* Evangelium, *Ego sum vitis.*[a] Cum expleta fuerint pulsentur omnia signa. Ad vesperam *Alleluja* e sanctis, psalmos de confessoribus.[1]) Quinque candele ante aram et retro tres.

Si in dominica ipsa festivitas[2]) supervenerit omnia faciant de ipso[3]) beato. Matutinalem sacram dicant ex die dominico et collectae consuetudinariae. Processio fiat sicut mos est dominicis diebus. Post tertiam faciant omnia quemadmodum supra praetulimus.

Dominica prima ante rogationes non dicatur psalmus, *Ad dominum cum tribularer,* nec *De profundis* pro defunctis, quia illis tribus diebus festivae celebrabuntur.

LXVII. In Rogationum diebus ad matutinale obsequium legant epistolas canonicas, exacto veniant in alium chorum canentque ibi matutinas omnium Sanctorum atque mortuorum sine antiphonis. Eademque faciant[4]) vespere eorum. Post expletionem ipsorum matutinorum, venientes in dormitorium requiescant. Post primam autem psalmum, *Miserere mei Deus* et si aliquis psalmus impositus fuerit, ante ipsum dicatur.

---

[1]) Rasura. [2]) In margine: sollempnitas.

[3]) In textu: ipsa.

[4]) Eademque faciant, Rasura.

Deinde sequitur hanc psalmodiam, *Deus auribus nostris,* cum quindecim psalmis pro omnium tribulationibus sive remunerationibus benefactorum, necnon et pro defunctorum requiae. Quinque namque psalmos pro defunctis, deinde septem psalmos et laetaniam. Missam matutinalem dicatur ipsius diei, et collectae, per omnia ut aliis diebus; et si aliquis sanctus fuerit ipso die, dicatur oratio ad hanc sacram, adjungentes *Sanctorum tuorum*, et missam promatur ad majus altare. Offerendam cuncti faciant; Pacem unus accipiat. Ad capitulum non est dicendus, sicut aliis privatis diebus versus, *Deus in adjutorium meum intende,* nec loquendum est istis tribus diebus in claustro.][Per horas, lectiones et orationes ex fol. 44v domini resurrectione. Post sextam eant in dormitorium, aut paululum requiescant, vel in lectulis, qui voluerint, legant, donec signum audiant: quo audito discalciati veniant, et lavent manus ac facies. Venientes in ecclesiam facta oratione dicant pueri antiphonam, *Exurge domine.* Tunc secretarius vel armarius tribuat filacterias cum reliquiis per singulos, praeter pueros vel illos, qui aliquid contagionis admiserunt noctis sopore. Post antiphonam iterum fiat oratio, et dicatur psalmus, *Deus misereatur nostri.* Capitulum, *Et veniat super nos misericordia tua domine.* Collecta, *Memento*[1]) *familiae tuae domine.* Debent ita procedere ordinatae illi quibus processionem ferunt: famuli in primis debent portare fanones. Unus conversus crucem, alius aquam benedictam. Subdiaconus textum evangelii et ex uno latere candelabrum et ex alio turibulum eant. Cum exire ceperint, sonentur omnia signa, et dicatur antiphona, *De hierusalem.* Post textum evangelii exeant, qui cantare nesciunt; deinde scola cum magistris; subsequantur eos cantores, duo et duo per ordinem gradientes, adunentur omnes, ut usque ad oratorium, quo caelebraturi sunt missam, cantent antiphonam. Exeuntibus, famuli habeant ante januam atrii, unus hinc, alius inde praeparatas virgas, quas tribuant omnibus etiam infantibus in eundo et in redeundo: in aecclesiam intrantibus, ipsi procurent, qui dederunt, recipere atque custodire. Venientibus denique per ordinem, sicut insertum est

[1]) In textu: Mente.

supra, ante fores aecclesiae, ubi sacra agere debent, protinus ut ibidem venerint inponat cantor responsorium de sanctorum reliquiis ibi consecratis, signis pulsantibus. Peracto itaque responsorio dicat sacerdos versum atque orationem eorumdum sanctorum, et *Dominus vobiscum.* Post versum seniores ponant phylacterias super altare hinc et inde, sicuti in choro consistunt, flectendo genua: mox ut positas habuerint, faciant orationem simul et agant nonam; sacerdos cum ministris induatur
f. 45r vestimentis sacris. Secretarii autem priusquam illuc conve][niant fratres, habeant omnia praeparata, et pallio misso super altare, et scirpo in pavimento capellae, ilico ut hora dicta fuerit, paraphonista incipiat officium, sacerdos collectam dicat in primis ipsius diei pertinentem, et aliam de sanctorum reliquiis[1]) ibidem dicatis. Post lectionem evangelicam accipiant licentiam illi a quibus *Agnus Dei* est decantandus, et ebdomarii coquinae cum procuratoribus refectorii. Offerendam atque Pacem unus faciat. Recipientibus singulis phylacterias cum reliquiis genua flectant ut prius. Dehinc duo incipiant laetaniam, quibus annuerit armarius de majoribus aut de infantibus, *Kyrie eleison* vere dicentibus quo usque veniatur ad nomen beati johannis; et tunc dicant nomen sancti ipsius aecclesiae proprii duobus vicibus, dein faciant cuncti reverentiam. Illi ut supra inchoent, *Sancta Maria* et alios sanctos qui sequuntur, quod unumquemque bis dicant. Debent namque revertere per ordinem, veluti venerunt. Venientibus quoque ante valvas aecclesiae laetania conclusa, tunc illi duo circumdati cappis unus hinc, alius inde imponant *Agnus Dei*: dicentibus, *Gloria Patri*, intrent omnes aecclesiam. Interea famuli personent signa. Fratres autem inponant phylacterias super mensam altaris, curvando genua. Postquam positas habuerint, signis dimissis duo illo amicti cappis inchoent, *Exaudi Deus.* Clerus respondeat.[2]) Tunc illi ut (supra) duo, *Exaudi deus.* Subsequatur Clerus, *Miserere nobis.* Denuo illi bini, *Exaudi deus,* et clerus concrepet hanc responsionem, *Populi tui.* Interim duo illi cum cappis dicant, tertia vice,

---

[1]) In textu: reliquibus.

[2]) Rasura.

Sancte sanctorum deus. Alii denique sancti semel promantur ab illis duobus. Clerus simul respondeat, et ita concludatur. Nam inclinare non se debent nisi ad illorum nomina sanctorum, quorum reliquiae loco ipso consecratae sunt. Mox ut dicta habuerint tria nomina e sanctarum faeminarum collegio, imponant: *Omnes sancti incercedite pro nobis,* duabus vicibus, et tunc dicant, *Exaudi deus,* sicut initio prompserunt, tribus vicibus adjungentes, *Kyrie*][*eleison, Christe eleison. Kyrie.* Notatae quod cum hoc dictum fuerit, inclinentur ante fol. 45v
et retro, sicque eant procedentes in dormitorio, accipiantque caligas, et lavent pedes suos.[1]) Cymbalo percusso eant refectorium edere panem. Tunc habere debent generale veluti mos est quinta feria, adjicientes erbas loco pietantiae. Istis namque tribus diebus sagimen comedere non debent. Caritatem faciant, et elemosynarius panem et vinum accipiat, quicquid tribus his diebus remanserit. Officium mortuorum, quod post coenam privatis diebus solent dicere, praetermittant.

LXVIII. Vigilia ascensionis domini ad primam post laetaniam dicatur matutinalis missa ad majus altare de je-junio triduano, et si aliquis sanctus ipso die fuerit, adjungantur ejus collectae, majorem sacram agant ad ecclesiam, ubi processuri sunt cum processione, de domini ascensione, adjungentes tantum collaectam sanctorum, in quorum honore basilica consecreta erit, et alia pro populo degente ibi, *Ineffabilem misericordiam tuam.* Postquam reversi fuerint, et Laetania in choro explete exeuntes lavent pedes suos atque caltient. Sonante autem cymbalo coadunentur in refectorio ad edendum. Secretarii adornent aecclesiam, priusquam exeant; chorum et praesbiterium cum palliis denis et circumdent per girum chorum cum bancalibus. Ante fornicem coaptent pallium textum auro, hinc et inde tunicas ponant. Altare textus desuper inponant et quattuor tabulas cum imaginibus sanctorum splendentibus. Ad vesperam duodena candelabra ante aram; retro bis terna. Antiphona, *Alleluja, Sic veniet* et psalmos ex feria, *Laudate nomen Domini.* Capitulum, *Primum quidem sermonem.*

---

[1]) Rasura.

Responsorium, *Omnis pulchritudo domini.* Ymnus, *Ymnum canamus.* Duo sacerdotes induantur cappis circumdando altari incensa. Antiphona, *Pater manifestavi.* Oremus, *Praesta quaesumus omnipotens pater.* Statio fiat ad sanctam crucem. Antiphona, *O Rex, Domine virtutum*, vel hoc responsorium,
fol. 40r *Tempus est, ut revertar*, Collecta][*Deus, cujus filius.* Ad completorium inponant duos versus, *Quaesumus auctor omnium. Gloria tibi Domine, qui scandis*, quos cotidie promant per omnes horas, alii vero ymni cum quali gloria terminati fuerint, cum tali finiantur sicut doctores ordinaverunt.

Ascendens christus coelos hos exigit usus.

LXIX. Festivitate namque gloriosae dominicae exaltationis mox, ut canticum graduum peractum fuerit, accendantur tria candelabra ante aram et unum retro. Vitatorium quattuor in cappis, *Alleluja, Christum Dominum ascendentem in coelis.* Ymnus, *Jesu nostra redemptio.* In lectionibus non aromatizabuntur altaria. Denique ipsis ex homeliis beati Augustini, *Glorificatus a patre*[a] prima et secunda nocturna; in tertia homelia beati gregorii papae.[b] Responsoria duo et duo decantabuntur. Ad canticum augeantur novem candelabra ante aram posterius quina, in pertica quindena. Ad stationem responsorium, *Ponis nubem* et oratio ipsius diei. Ante primam assumant secretarii istrumenta sedium et ornent capitulum. Refectorarii accipiant bancalia atque squillas ad decorandum refectorium. In horarum tria candelabra in initio accendantur. In matutinali missa ad sanctam crucem una tantummodo collecta et praephatio ipsius diei praecinatur, omnes namque debent esse induti albis ante tertiam. Cum ipsa hora domino reconsignata fuerit, ordinetur processio admodum per ordinem. Tunc secretarius det vascula aurea minoris vel philacterias[1]) ad quattuor seniores unamquamque cum suo ornatu. Accedant deni conversi et eo amplius ad gradus, quattuor ex his accipiant candelabra, tunc duo alii accipiant duo turibula aurea et tertius timiamatis matheriem. Alii denique vini (?) tollant cruces duas aureas atque tertius

(a) P. L. XXXV, 1904. Tract. in Joan. XVII, 1—5.
(b) Homilia 29 in Evang. Marc. XVI. 14. P. L. LXXVI. 1213.

---

[1] Rasura.

crucifixum aureum cum gemmis adornatum necnon et quartus aquam sanctam, duo ex infantibus circumdati tunicis praeparentur ad deferendum textes; hoc patrato][armarius inponat responsorium hoc, *Eduxit vos dominus jesus*, et alia, quae conveniunt huic sollempnitati. Venientibus itaque per claustrum: fol. 46v

Aquam	Crucem	Candelabrum	Turibulum	Candelabrum	Brach-	Sceptrum
Sanc-	Crucifixum	Textes	Cassam	Textum	ium	Scep-
tam	Crucem	Candelabrum	Turibulum	Candelabrum	Pomum	trum.

Sacerdos cum stola sequatur signa regalia. Post eum veniat scola cum magistris. Dein sacerdos sicut sunt priores. Ex tunc laevite et alii, qui nesciunt cantare. Venientes vero in atrio ante januam monasterii ita debaebunt stare illa ferentes ordinate, quaemadmodum venerunt. Seniores sicut in choro et hoc responsorium cantant, *Non conturbetur cor vestrum*. Intrantes autem in templum personent hoc responsorium, *Viri Galilaei* sonantibus interea signis; accipiat cappas aecclesiae custos et tribuat per singulos etiam ad conversos, infantes vero tunicas. Dimissis signis agatur officium ab octo cantoribus. Duodecim candele sint ante altare et posterius sex. *Alleluja* primum a quattuor, secundum a sex decantetur. *Credo in unum deum* canatur; offertoria duo excipiant, post sacram pulsentur signa omnia. Ad vesperam quotquot fuerint candelabra ad sacram, tot fiat et ad ipsam horam. Antiphona *Illi autem profecti praedicaverunt*. Psalmos, *Dixit dominus*. *Confitebor*. *Beatus vir*. *Laudate pueri* et antiphona desuper evangelio triplicetur.

LXX. Per hebdomadam invitatorium, *Ascendens in altum*, lectiones ad nocturnale obsequium de actibus apostolorum, *Primum quidem*,[a] et quaedam de sermonibus sanctorum patrum ipsi diei convenientes. Responsorium de ipsa festivitate. Ad primam psalmodia sicuti soliti sunt aliis diebus et laetanie atque sacra pro defunctis. Post tertiam agant missam ex domini ascensione laetaniam brevem ante dicentes.

(a) Act. 1, 1.

Dominica prima post ascensio domini. Vitatorium, *Alleluja, Christum ascendentem*; matutinalem sacram ex domini exaltatione, majorem de dominico die. Si aliquis sanctus adventaverit infra octava, unde tres lectiones fiant, Invitatorium dicat,

Alleluja, alleluja. Lectiones legant de actuum apostolorum. Responsoria ex sancto ipsius diei et missam, adjungentes alias consuetudinarias; deinceps agant omnia ex domini veneratione ascensionis. Feria quarta sequente dicatur officium dominicale cum ejus collecta, adjungentes de ascensionis die et alias consuetudinarias. Epistola et Evangelium e feria.

LXXI. Octabis

ascensionis domini invitatorium duo fratres cantent in albis. Antiphonae per ordinem ad nocturnas seu in laudes sicut in ipsa festivitate decantaverunt cum sequacibus responsoriis, ita prosequantur. Lectiones octo ex sermone sancti augustini,
a) P. L. XXXIX, 2082. *Salvator noster, dilectissimi fratres.*[a] Ad Gloria patri in nocturnas dicantur breviata responsoria a puerulis, *Ascendit deus in jubilatione. Ascendens christus in altum. Ascendo ad patrem.* Homelia ex evangelio, *Ego mittam promissum*
b) P. L. XCII. 632 et 831. *patris mei in vos,* expositio venerabilis bede presbyteri.[b] Missam sicut in ejus festo. Vesperae sub *Alleluja* canantur cum his psalmis, *Dixit dominus. Confitebor. Beatus. Laudate pueri.* Duobus diebus, qui restant, post octava Vitatorium, *Ascendens in altum* et cetera alia omnia, ex ipsa festivitate promantur, et si aliquis sanctus adventaverit, inde tres lectiones efficiant, et agant omnia sicut supra taxavimus infra octavas.*.

Haec oportet agi adventus spiritus almi.

LXXII. Vigilia Pentecostes ante primam adornant monasterium et basilicam sancte marie, capitulum, refectorium per omnia sicuti sabbato sancto, videlicet cum cornuis[1]) lineis
fol. 47r et laneis et pal][leis per parietes undique. Formulas tapetia, Chorum circumdent sagmae. Arcum principalem magnis ornamentis instrumentis aptis pro ea re expositi ponant egliphynatum ex picturis variis. Inprimis altaria debent adornari et evangeliorum textibus auro gemmisque opertis atque aliis argento indusis in majus scilicet altare, necnon et crucifixos vel cruces, quas in lignorum materiae post ipsam aram ordinent et quaecunque ibi sunt recondite filacteriae; tunc debent vestire se secretarii albis cum accipiant ipsas inde et ante

[1]) Forsan legendum: cortinis.

majorem altare in pertica suspendant et altariola atque auream coronam; eademque de capsis faciant. Tabulas quidem cum imaginibus sanctorum auro textas ante arcum principalem collocent. Cortinas lineas sutores famuli appendant, lineas autem custodes nemorum, pallia tantum procurentur ordinare secretarii. Curatores refectorii accipiant bancalia ex secretario ad ornanda sedilia et squillae aliae argenteae accipiantur a camerario, quae sedeant octavis tantum et mantilia dentur, quae maneant diebus quattuor. Ad primam agant laetaniam atque missam pro defunctis. Post capitulum conveniant omnes in unum ad radendum. Post sextam procedant omnes dormitum. Cum signum pulsaverit, surgant, abluant manus atque faciem pergantque in aecclesiam absque ullo signorum sonitu, faciantque insimul orationem; pueri quoque eant ante altare. Tunc vestiantur in albis illi, qui legere vel cantare debent, quorum nomina in breve praenotata sunt, et infantes cuncti. Lectiones legant in primis sicuti priores sunt. Cum sacerdos pervenerit in praesbiterium, pergant sedere in loco decreto. Lector procedat ad analogium: incipiat legere lectionem, *Temptavit Deus.*[a] Oremus, *Deus, qui in Abrahe.* Lectio, *Scripsit Moyses.*[b] Canticum, *Attende coelum.*[c] Oremus, *Deus qui nobis prophetum ora.* Lectio, *Apprehendent*][*septem.*[d] Canticum, *Cantemus Domino.*[e] Oremus, *Deus, qui nos ad caelebrandam festivitatem.* Lectio, *Audi Israel.*[f] Canticum, *Vinea facta est.*[g] Oremus, *Deus, qui incommutabilis virtus.* Canticum, *Sicut cervus.*[h] Oremus, *Concede quaesumus omnipotens Deus, ut qui sollempnitatem donis spiritus sancti colimus.* His rite peractis vestiantur duo in cappis, ad dicendam laetaniam in choro, quam per omnia dicant sicut pueri soliti sunt cotidianis diebus. Tunc ipsi duo usque dum missa sit finita maneant in choro, clero hinc inde repetente. Mox ut dixerint, *Propitius esto,* exeat sacerdos cum ministris in sacrario; diaconus induat stolam argentatam atque dalmaticam aureatam: Subdiaconus tunica circumdata[1]) auro; octo vel quinque cantores vestiantur cappis, quorum tres vel sex ex his canteut, *Alleluja, Confitemini Domino.* et alii duo tractum, *Laudate*

(a) Gen. XXII, 1.
(b Deut. XXXI, 22.
(c) Deut. XXXII, 1.
fol. 48r
(d Isaia IV, 1.
(e, Exod. XV, 21.
(f) Baruch III.
(g) Isaia V, 1.
(h) Ps. XLI, 1.

---

[1]) Rasura.

dominum omnes gentes. Bini conversi candelabra, tertius turibulum. Illi quippe duo, qui canunt laetanias, ad finem dicant, *Accendite. Kyrie eleison.* Pulsent signa, accendant septem candelabra ante altare. Tunc sacerdos veniat et faciat orationem inprimis et deinde confessionem. Dimissis signis, canat, *Gloria in excelsis Deo.* Collecta, *Praesta quaesumus omnipotens pater.*
(a) Act. XIX. 1. Epistola, *Cum Apollo esset.*[a] Evangelium, *Si diligitis me.*[b]
(b) Joan. XIV. 15. Offertorium, *Emitte spiritum. Agnus Dei* dicatur, et postmodum communio, *Ultimo festivitatis die.* Textus deferantur per omnes. Hostiae quinquae mittantur. Pacem omnes accipiant. Quibus expletis, pulsetur signum, agant orationem. Eant servitores accipere mixtum; postmodum cantent nonam, pergant ad reficiendum. In hoc die sagimen non comedant. Caritatem faciant, et elemosynarius panem et vinum accipiat, sicut et in omnibus vigiliis festivitatum, praeter paschae. Ad Vesperam duo signa pariter pulsabuntur; duodecim quoque candelabra ante altare, retrorsum vero decem. *Alleluja* inponatur ex antiphona, *Repleti sunt omnes,* et psalmos ipsius diei assumatur. Capitulum, *Dum complerentur.* Responsorium, *Repleti sunt omnes.* Ymnus, *Jam christe.* Bini namque sa-
fol. 48v cerdotes induantur cappis deferantque incensum per altaria][atque antiphonam Paraphonista ter repetat, *Cum caeteri.* Oratio, *Praesta quaesumus omnipotens deus, ut claritatis.* Statio fiat ad sanctam crucem atque in eundo hoc responsorium decantent, *Spiritus sanctus procedens a patre.* Sacerdos dicat hunc versum, *Repleti sunt omnes spiritu sancto.* Collecta, *Deus, qui apostolis tuis.* Ad completorium inponatur versus, quem dicendum per singulas horas diei decernimus quousque festa concludantur, *Hinc christe nunc paraclitus* atque *Gloria tibi domine, qui scandis.*

Haec oportet agi adventu spiritus almi.

LXXIII. Sanctissimo die sancti pentecostes cum summa veneratione atque devotione spiritus sancti celebretur adventus. Debent quippe in nocturnalibus obsequiis omnes coronarum lampades accendere et caetera summo studio componere; Signorum pulsationes modulate subtraere atque ad ultimum perstrepere consonantes in unum tamdiu quousque infantes veniant in ecclesiam. Ad Vitatorium quattuor vestiantur cappis.

Primo et secundo nocturno ante altare tria candelabra ponantur. Per unumquemque nocturnum singule antiphonae dicantur. Lectiones octo de evangelio, quod legitur in vigilia. Sermo sancti augustini.[a] Aliae quattuor de homelia sancti gregorii papae ex evangelio ipsius diei.[b] Ad tertiam semper lectionem in choro uniuscujusque nocturni incenset sacerdos majus altare simulque fratres. Responsoria duo pariter decantent. Ad Cantica augeantur quindecim candelae in pertica, trorsum(!) altare decem, ante duodecim. In laudibus quinque antiphonae decantentur. Responsorium breve pueri persolvant, *Spiritus sanctus procedens a patre, alleluja, alleluja, apostolorum pectora invisibiliter penetravit, alleluja, alleluja.* Cum autem exacta fuerint sanctorum adjumenta inchoet puer responsorium, *Loquebantur.* Ante primam ponantur signa regalia atque calices aurei super aram. In horarum inchoatione tria candelabra illuminentur. Ad matutinalem missam][una dicatur collecta. Tunc omnes induantur albis; post expletionem missae benedicat sacerdos aqua, mox ut fuerit benedicta, inponat hanc antiphonam, *Vidi aquam;* qua dicta oratio in secretario veniant sic per ordinem ad oratorium sanctae mariae hanc antiphonam cantando, *Tota pulchra es.* fol. 49r

(a) Tract. S. Aug. in Joan. XIV, 15. P. L. XXXV, 1826.
(b) P. L. LXXVI, 1220. Homil. in Joan. XIV, 23 bis 31.

Aquam sanctam	Crucem	Candelabrum	Turibulum	Sceptrum	Pomum
Sacerdos	Crucifixum	Textum	Cassam	Scep-	[1])
Crucem	Crucem	Candelabrum	Turibulum	trum	Brachium.

Dein magistri cum infantibus. Abbas post eos. Alii seniores venientes duo et duo sicut priores sunt. Ita vero illis egredientibus dicat sacerdos orationem in domum et postmodum collectam gloriosae virginis mariae ante ejus aram. Cum vero coeperint exire initiet antiphonam, *In die resurrectionis.* Transeuntibus claustrum, mox ut fuerint valvas monasterii, procedant sex vel octo ex cantoribus, quibus armarius annuerit, in medio et cantent antiphonam, *Crucifixus in carne* cum repetitionibus ex alia antiphona, *Nolite metuere.* Ingredientes vero initient responsorium, *Spiritus sanctus replevit totam domum* concrepantibus signis. Post tertiam caelebrent missam cum omni diligentia veluti resurrectionis die.

---

[1]) Rasura.

Offertoria duo teneant, quorum unus panem et vinum, alius aquam. In refectorio propinentur caritatem sicut in praephata festivitate. Ad Vesperam antiphona, *Alleluja, Loquebantur.* Psalmos, *Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate pueri dominum.* Responsorium, *Spiritus domini replevit orbem terrarum alleluja, alleluja.* Versiculus, *Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluja, alleluja.*

LXXIV. Per octabas Vitatorium, *Repleti sunt omnes spiritu sancto alleluja,* in eo tono, sicut, *Surrexit dominus vere.* Deinde accensio luminum atque pronuntiatio evangeliorum sive sonitus signorum, seu matutinalis sacra, vel revestitio in cappis, necnon et sonitus signorum post celebrationem
fol. 49r missae vel vespertinales psalmi][ex toto fiant, quemadmodum, ut ebdomada paschae. In laudum vel horarum canantur allelujatice[1]) de resurrectione atque ascensione necnon et de ipsa celebratione jam facta.[2]) In missa namque celebratione hoc modo distinguitur:

LXXV. Secunda feria officium, *Cibabit eos.* Collecta,
(a) Act. X, 34. *Deus qui Apostolis.* Epistola, *Aperiens Petrus.*[a] *Alleluja, Emitte.* Item, *Alleluja, Loquebantur.* Evangelium, *Sic enim*
(b) Joan. III, 16. *Deus dilexit mundum.*[b] Offertorium, *Intonuit.* Communio, *Spiritus sanctus.* Tertia feria officium, *Accipite jucunditatem.* Oratio, *Assit nobis.* Lectio de actuum apostolorum, *Cum*
(c) Act. VIII, 14. *audivissent apostoli.*[c] *Alleluja, factus est repente.* Item, *Alleluja, Spiritus domini replevit.* Evangelium, *Amen, amen dico*
(d) Joan. X, 1. *vobis, qui non intrat.*[d] Offerendam, *Portas caeli.* Communio, *Spiritus qui a patre procedit.* Quattuor namque dies, qui restant agant officium ad missam sicut in die pentecostes. Epistolae atque Evangelia veluti per unamquamque feria conserta fuerit in sacramentorem codice pronuntiabuntur. Sabbato ad Vesperas quina candelabra illuminentur ante aram. Antiphona, *Alleluja, Repleti sunt omnes.* Psalmos, *Confiteantur.* Sacerdos sit in cappa. Antiphona in magnificat, *Nos vos relinquam orphanos.* Oremus, *Deus qui hodierna die corda fidelium.*

Si Jejunia mensis quarti venerint infra ipsam hebdomadam, efficiant ita: Ante tertiam, agant missam de festo, omnia per

[1]) Rasura.

[2]) Verba: „Jam facta" alia manus adjunxit.

ordinem, sicut effati jam sumus. Jejunium proteletur usque nonam. Processio non fiat, nec laetania cantabitur. Post sextam, cum audierint signum, surgant è dormitorio, lavent manus atque facies, veniantque in oratorium absque sonitu ullius signi, faciant orationem. Sacerdos vestiat se cum ministris, cum fuerint induti incipiat paraphonista officium: *Deus dum transgredereris.* Oremus, *Mentes nostras.* Lectio, *Dixit Salomon.*[1]) Responsorium, *Propitius esto.* Oremus, *Praesta quaesumus omnipotens et misericors deus.* Lectio, *Audi Jacob.*[1]) Responsorium, *Terra mota est.* Evangelium, *Accedentes discipuli ad jesum.*[2]) Offerendam atque pacem unus accipiat. Offertorium, *Meditabor.* Communio, *Pacem meam.* Sexta feria][antiphona, *Repleatur os meum.* Collecta, fol. 50r *Da quaesumus aecclesiae tuae.* Lectio, *Exultate filii syon.*[a] (a) Joel II, 23. Responsorium, *Esto mihi.* Evangelium, *Venit ad Jesum vir cui nomen jayrus.*[b] Offerenda, *Lauda anima.* Communio, (b. Luc. VIII, 41. *Spiritus ubi vult spirat.* Sabbato conservetur ordo jam decretus. Facta oratione veniat sacerdos cum ministris in sacrario, et induat se vestimentis sacris. Pueri omnes se inalbent. Cantor sit in choro cum cappa. Officium, *Caritas Dei.* Unum tantummodo conversus sit, qui deferat candelabrum. Lectiones infantes legant inprimis juniores, deinde alii sicut sunt priores. Responsoria ipsi cantent vicissim singuli. Sacerdos veniens ad altare faciat confessionem cum levita, dicat: Oremus, *Mentibus nostris, domine.* Lectio, *Effundam de spiritu meo.*[c] (c) Joel II, 28. Responsorium, *Protector noster.* Versiculus, *Domine deus virtutum.* Oremus, *Illo nos igne, quaesumus domine.* Lectio, *Locutus est dominus ad moysen.*[d] Responsorium, *Propitius* (d. Levit. XXIII, 9. *esto.* Versiculus, *Adjuva nos deus.* Oremus, *Deus qui ad animarum.* Lectio, *Audi Israel.*[3]) Responsorium, *Convertere*

---

[1]) Hodie epistola desumitur ex Act. II, 14 sicuti et altera epistola, quae eodem die legitur. (Missal. Monast. fer. IV. Quattuor tempor. Pentecost.) In Missal. monast. (Cod. Cass. 128) p. 172, invenitur ista epistola desumpta ex lib. Sap. I, 1 sicut et alia lectio ex Isaia XLIV, 1.

[2]) Hodie legitur evangelium Joan. VI, 44; neque istud in Codicibus manuscriptis Cassinensibus invenitur.

[3]) Cod. Cass. 128, fol. 241v, assignat lectionem Deuteronom (XVI, 1): Audi israel mandata vitae, quae ego praecipio tibi hodie. Cum intraveris in terram.

Domine. Versiculus, *Domine refugium.* Oremus, *Praesta quaesumus omnipotens Deus ut salutaribus.* Lectio, *Dixit*
a) Levit. XXVI, 3. *Dominus ad moysen.*[a] Responsorium, *Dirigatur.* Versiculus, *Elevatio.* Oremus, *Praesta quaesumus omnipotens deus, sic*
b) Daniel III, 49. *nos.* Lectio, *Angelus Domini descendit.*[b] Benedictio minor duo fratres in albis dicant: *Benedictus es Domine,* usque; *benedicant te, coelum, terra, mare et omnia quae in eis sunt.* Deinde repetant, *Et laudabilis. Gloria Patri.* Cum repetitione, *Et laudabilis,* et tunc subsequatur, *Sicut erat in principio. Et laudabilis.* Illis supra respondentibus, *Benedictus es domine.* Mox ut dictum fuerit veniat sacerdos ad altare et dicat, *Dominus vobiscum.* Collecta, *Deus qui tribus*
c) Rom. V, 1. *pueris.* Epistola, *Justificati igitur.*[c] Tractum, *Laudate,* similiter duo in albis. Evangelium, *Egrediente Jesu.*[1] Offertorium, *Domine deus salutis meae:* require in quadragesima.[2] Communio, *Non vos relinquam orphanos.*

LXXVI. Octavis Pentecostes.. Vitatorium, *Alleluja, Spiritus domini,* quod duo decantent in cappis. Tres candele ante altare, retro una ardeat. In nocturnis antiphona singulis
d) P. L. LIV, serm. 75—78. cum allelujaticis de ipso festo dicantur, lectiones octo de ser-
fol. 50v mone sancti leonis papae.[d]][Quartum octavum et duodecimum responsorium a duobus cantabitur. Ad cantica augeantur duo luminaria ante aram. Trorsubi(!) tria. In pertica quindecim. Homelia de Evangelio, *Erat homo ex phariseis* expositionis gregorii nazianzeni.[3] In laudibus antiphona, *Alleluja, dum complerentur.* In Evangelio antiphona, *Accipite spiritum sanctum, quorum.* In horis autem trium candelabrorum accensio fiat. In ipsa sinasi alleluj*atica*[4] debent dicere de eodem die, sicut in nocturnale obsequio. In die namque hoc si aliqua festa occurrerint, repetant antiphonam et agant matutinalem

---

[1]) Cod. Cass. 227 (inter. 1027) sicut et alii assignant sabbato huic evangelium ex Luc. IV, 38.

[2]) Hebdomada III, feria V. in Quadragesima, ita ex Cod. Cass. 128 (saec. XIV) fol. 242r.

[3]) Ita et Cod. Cass. 229 (al. 445 inter. 186) p. 305 et alii. Festum ergo SSmae Trinitatis non celebrabatur saec. XI. in archisterio Farfensi; cf. Baeumer, Geschichte des Breviers, p. 625, Dreifaltigkeitssonntag.

[4]) Rasura.

sacram ex ipsa, adjungentes collectam, *Deus qui hodierna die.* Si sanctus Spiritus perventus[1]) non fuerit, ad sacram ipsam collectam unam persolvant cum praephatione diei paschalis. Processio fit sicut praeteritis diebus dominicis, attamen cum venerint in redeundo in atrio ante fores aecclesiae initient hanc antiphonam, *Crucifixus in carne.* Cum antiphonae repetitionibus, *Nolite me(tuere).* Introeuntes canant antiphonam, *Hodie completi sunt.* Ad missam omnes circumdentur cappis. Septem candelabra ante aram, et tria retrosum. Officium, *Spiritus domini replevit orbem.* Oremus, *Deus qui hodierna cor.* Epistola, *Vidi hostium apertum in caelo.*[a] *Alleluja. Non vos relinquam.* Item *Alleluja, Ascendens christus.* Evangelium, *Erat homo ex phariseis.*[b] Offerendum, *Confirma hoc Deus.* Communio, *Factus est repente.* Ad expletionem sacrae omnia signa pulsentur. Ad vesperam antiphona, *Alleluja. Repleti sunt omnes;* psalmos, *Dixit Dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate pueri dominum.* Ad magnificat antiphona, *Hodie completi sunt dies pentecostes, alleluja.*

a. Apoc. IV, 1.

(b) Joan. III, 1.

LXXVII. Dominica secunda post pentecosten. In ipsa hebdomada feriatis diebus cantent officium, *Domine in tua misericordia.* Collecta, *Deus in te sperantium.* Evangelium, *Homo quidam erat dives,* exhinc namque usque ad idus septembris quarta sive sexta feria jejunare debent, sicut Pater noster benedictus instituit suae regulae.[2]) Et ab abbate illa discretio fieri debet, quam ipse beatissimus praeceptor][jussit propter pusillanimes, vel aerum temperiem, aut si labor major factus fuerit loci illius.[2]) Si autem abbati vel priori visum fuerit, ut, bis reficiantur, hoc modo agant. Mox ut surrexerint de capitulo, et in claustro venerint, jubente abbate sonet secretarius signum minorem, ut ebdomadarii coquinae, et alii fratres praeparent omnia, quae praeparanda sunt, et agant missam ad tertiam, et reficiant ad sextam. Si verò jejunaverint, post sextam protinus ut surrexerint meridiana, veniant pueri ante altare orationem facere. Quâ factâ, imponant hanc antiphonam, *Exurge Domine.* Tunc fiat processio per ordinem

fol. 51r

---

[1]) In textu: praeventus.

[2]) Reg. S. Bened. cap. 41.

sicut jam crebrius prompsimus. Evangelia legantur in feriis sicut in libro sacramentorum conscripta invenerint. Debent quippe sexta feria cantare missam in honorem sanctae crucis, et si aliquis sanctus evenerit, unde tres lectiones agantur, cantent missam de sancto ipso. Et quando sanctus non adventaverit, quinta feria legatur evangelium ipsius diei.

Tota namque ipsa hebdomada ad magnificat debent cantare antiphonam ex evangelio, *Homo quidam erat dives.* Sabbato ad vesperum responsorium, *Praeparate corda vestra domino.* Ad magnificat antiphona, *Montes gelboe.*

LXXVIII. Dominica III post pontecosten. Dicant invitatorium, *Praeoccupemus faciem ejus.* Ymnus, *Nocte surgentes.* Lectiones octo legant de regum. Responsorium, *Deus omnium.* In tertio homelia sanctorum patrum. Responsoria de ejusdem hystoria cantent usque Kalendas Augusti. Ad matutinales laudes ymnus, *Ecce jam noctis*, usque Kalendas octobris. Malachim atque Verba dierum legant in refectorio.[1]) In diebus itaque feriatis in Evangelio ad Magnificat antiphonas tam historicae quam evangelicae, quae subsequuntur vicissim, quotidie canantur. Aliis namque diebus dominicis, quae subsequuntur, similiter lectiones octo ad nocturnalia obsequia legantur ex libris regum usque ad Kalendas Augusti.

LXXIX. Festivitate marcellini et petri duodene lectionis fiant, octo ex horum passione. Responsoria de plurimorum martyrum IIII^tu
f. 51v VIII^vū XII^mū][de brevioribus a pueris decantentur. Homelia gregorii papae in tertio nocturno recitentur, *Cum audieritis praelia.*(a)
(a) P. L. LXXVI, 1259.

Incipit hic rithmus sacrato dogmate comptae.

LXXX. Quando jejunium quattuor temporum post octavas pentecostes evenerit, quarta et sexta feria sicut regularia jejunia celebrentur. Loquentur post capitulum in claustro usque tertiam. Post sextam cum audierint signum surgant e lectulis et discaltiati procedant ad lavandas manus atque facies pergantque in aecclesiam, tam ipsi, quam pueri absque

[1]) De lectura in refectorio facienda Reg. S. Bened. c. 38.

aliquo sonitu. Cum autem orationem habuerint factam pueri incipiant antiphonam, *Exurge domine* et reliquum quod faciendum est faciant, quod ibi convenit, et letaniam decantent. Sabbato autem non dicatur ante missam majorem letaniam. Ad sacram offertorium atque orationes et omnia sicut praenotata sunt infra hebdomadam pentecostes [1]) in hoc libro et nos invenimus in sacramentorum atque autentico conscriptum, ita persolvant. Ad refectionem quicquid remanserit fratribus elemosinarius accipiat; adipe nec commedant. Exientibus inde legat unusquisque cum silentio. His duobus diebus post cantata vespera, ilico, ut de dormitorio exierint, sonet custos signum tandiu quousque conveniant pueri et agant officium mortuorum. Aliis diebus quando bis ederint faciant protinus ut servitores de refectorio exierint.

LXXXI. In festivitate sancte florentie. Octo lectiones faciant ex homeliis sanctorum patrum. Responsorium IIII^tu VIII^vu XII^mū pueri dicant; inprimis, *Diffusa est gratia. Speciae tua. Adjuvabit eam.* In tertio homelia sancti gregorii papae, *Simile est regnum coelorum homini negotiatori.*[a] Ad missam officium, *Diffusa est gratia.* Collecta, *Exaudi nos deus salutaris noster.* Reliquum faciant sicut mos est in natale virginum. (a) P. L. LXXVI, 1113.

LXXXII. Similiter faciant in festivitate sanctae consortiae virginis. Ad missam officium, *Dilexisti justitiam.* Oratio, *Deus qui nos annua.* Epistola, *Qui gloriatur.*[b] Evangelium, *Simile est regnum caelorum decem virginibus.*[c] Si venerit die dominico ipsa beata, omnia praetermittantur ex dominico die et infra ebdomada tam missam][quam homelia ad mensam; similiter faciant de aliis sanctis, unde efficiunt XII^cim lectiones in eadem die. (b) 2 Cor. X, 17. (c) Matth. XXV, 1. fol. 52r

Exigit hos mores sanctus baptista johannes.

LXXXIII. In vigilia nativitatis johannis baptistae post sextum, protinus, ut signum insonuerit, surgant e lectricis provideantque sibi suis indigentiis ac lavent manus atque facies pergantque oratorium absque alicui metalli sonitu, peragant orationem et statim incipiat puer laetaniam sicque missam

[1]) Videsis p. 76.

caelebrent sicut in libro sacramentorum continetur; ad cujus expletionem sonetur signum et iterum orent. Servitores vero eant mixtum accipere et denuo pulsentur signum et reddant horam. Quicquid autem in ipso die remanserit in refectorio elemosynarius accipiat. Sagimen in hac die nec commedant. Dumque ad mensam sederint, secretarii ornent presbiterium atque chorum et circumponantur sagmae, in formulas non tapetia supersternant. In arcu principali extendant pallium auro textum et ex utraque parte tunicam singularum. Altaria ornent glifaticis, illud quod est in honorem ejusdem beati est[1]) constructum pallium circumdatum argento superponat. In majori octo libros, textos auro atque argento cum gemmis, tres cruces aureas instrumento[2]) lignorum. Cerei ante ipsum duodecim, retro octo et per unumquodque ex aliis, quae juxta sunt, sit unus tantummodo cereus. Ad Vesperam signa non duo pariter, sed unum sonabitur inprimis. Capitulum, *Priusquam te formarem*. Responsorium, *Praecursor*. Ymnus, *Ut queant laxis*. Versiculus, *Erit enim magnus coram Domino*. Sacerdotes duo induantur cappis circumfument altaria incenso. Antiphona, *Ingresso Zacharia*, trina vice repetatur. Oremus, *Praesta quaesumus omnipotens deus, ut familia tua*. Ad stationem responsorium, *Inter natos*. Sacerdos dicat versum atque collectam ex ipso beato, quas velit. Ad invitatorium quattuor sint circumdati cappis. Ymnus, *Ut queant*. Lectiones octo ex sermone sancti augustini, *Diei hodiernae solempnitas solempne desiderat*.[(a)] In tertia vigilia evangelium, *Helisabeth impletum est*. Homelia sancti ambrosii episcopi, *Habet et sanctorum editio laetitiam plurimorum*][(b)] responsoria duo et duo fratres simul cuncta pronuntiabunt, duodecimum a capite post *Gloria patri* repetatur. In primo et secundo nocturno tres cerei ante altare, posterius unus. Ad cantica multiplicent ante ipsum praeter illos novem. Retro septem. In pertica adfigatur XV[ci]. Cantica, *Beatus vir, qui in sapientia*.[(c)] Evangelium post lectiones, *Helisabeth himpletum est*.[(d)] Collectam, *Concede quaesumus omnipotens deus*. In laude responsorium breve, *Ecce dedi verba mea*. Versiculus,

(a) Sermo CCXCII. In natal. S. Joan. Bapt. VI. P. L. XXXVIII, 1319.

fol. 52v

(b) Lib. II. Comment. in Luc. c. 1. P. L. XV, 1643. c. 30.

(c) Eccli. XIV, 22.

(d) Luc. I, 57.

1) Sic legitur in textu.

2) Ita primitus in textu; postea in „Instrumentum" correctum.

Ecce constitui te. Ymnus, *Caeteri tantum.* Ad stationem responsorium, *Innuebant patri ejus.* Versiculum atque orationem de praecònae ipso. Ante primam exhibeant refectorarii mantilia, squillas argenteas et bancalia ad sedilia ornanda, secretarii faciant similiter de capitulo. Ad missam matutinalem officium, *Justus ut palma.* Solummodo ista oratio dicatur, *Concede quaesumus omnipotens deus, ut qui beati johannis.* Lectio esaiae, *Primus ad syon dicet: Ecce adsum.*[a] Responsorium, *Justus ut palma. Alleluja. Tu puer propheta.* Evangelium, *Dixit Zacharias ad Angelum,* usque *Auferre obprobrium meum inter homines.*[b] Offerendam, *Gloria et honore.* Communio, *Magna est gloria.* Ad majorem missam cuncti sint vestiti cappis etiam idiote, pueri toti tunicas habeant indutas; officium octo teneant. Responsorium tres decantent. *Alleluja* sex, cerei ante altare duodecim; retrorsum octo. Ad sequentia pulsentur duo signa majora simul, jubente abbate. Offerenda duo faciant. In refectorio generalis atque pietantia dentur. Semel propinetur potio. Ad vesperam duodecim cerei ante aram, posterius octo, antiphonas illas, quas super nocturnos decantarunt et psalmos de unius martyris assumant. Responsorium, *Reges videbunt.*

a Isaia XL, 27.

b Luc. I, 16—25.

Infra octavas genua non flectant. Invitatorium, *Regem praecursoris.* In primo et secundo nocturno singulam antiphonam imponant. Lectiones legant de sermonibus sanctorum patrum. Responsoria de ejusdem beati. Cerei ante altare sicut feriatis diebus assint, psalmi familiares nec promantur in hoc obsequio, sed nec ullus alius pro defunctis, sed ilico sonetur signum][et agant matutinas laudes sub una antiphona; f. l. 53r
postmodum veniant in alium chorum, cantent sanctorum omnium matutinas et mortuorum. *Deus auribus nostris* et quinque psalmos pro defunctis. Si hora permittit eant in lectricis dormitum. Secretarii recolligent ornamenta aecclesie. Ad primam psalmus, *Miserere mei deus,* septem psalmos et laetaniam deinde missa pro defunctis. In claustro loquantur tam ante tertiam, quam post nonam. In horis dimittant psalmos familiares. Ad tertium sonetur signum, orent communiter, postmodum induantur albis illi, qui missam agere debent, denuo pulsato signo agant tertiam. Exhinc laetania. Ad missam

collecta, *Concede quaesumus omnipotens deus* et consuetudi-
(a) Isaia XLIX, 1. nariae. Epistola, *Audite insule.*[a] Evangelium, *Helisabeth im-*
(b) Luc. I, 57. *pletum est*[b] et alia sicut in sacramentorum libro continentur. In horis imponas antiphonas, quae in laudibus fuerunt. Ad vesperas illas, quae dicte sunt nocturno et psalmi de feria sicuti veniunt diatim. Nam si infra ipsam caelebrationem aliquis sanctus evenerit faciant ex illo tres lectiones et invitatorium decantent. Ymnus, *Ut queant laxis.* Et per unumquaemque nocturnum unam antiphonam imponant ex beato johanne et[1]) lectiones legant ejusdem. Responsoria de sancto cantent; similiter in laudibus quinque antiphonae et postmodum repetant antiphonam sancti johannis cum Gloria. Ad primam post laetaniam dicant missam pro defunctis. Ad tertiam agant e sanctis, adjungentes collectam ex baptista et alias consuetudinarias. Post[2]) expletionem missae efficiant omnia ex magnifico johanne.

LXXXIV. Octava ejusdem magnifici johannis inalbent se ad invitatorium duo fratres. Ipsum, *Regem praecursoris.* Ymnus, *Ut queant laxis.* Antiphonae et responsoria sicuti in ejus nativitate celebrarunt ita persolvantur ab omnibus, praeterquam quod responsoria[3]) breviata ad Gloria patri a pueris decantabuntur. Inprimis sic: *Ecce dedi verba mea.* In secundo, *Reges videbunt et consurgent.* In tertio, *Justus ut palma florebit.* Lectiones octo, *Et factum est, inquid (!)*
fol. 53v *in die octavo.*[4]) In tertio homelia ex evangelio,][*Helisabeth impletum est.* Post lectionem evangelicam hanc orationem persolvant, *Concede quaesumus omnipotens deus.* In laudes quinque antiphonas inponant. Antiphonam postmodum cum Gloria patri ex apostolis repetant. Missam matutinalem de sanctis apostolis caelebrent. Ad majorem officium, *De ventre matris meae,* sicut in ejus celebritate fuit et istam collectam, *Concede quaesumus omnipotens deus* et sequentia decantent.[4]) Ad Vesperam antiphonae sicut in primo nocturno praecinerunt et ita decantent. Psalmos de unius martyris assumant; ymnus, *Ut queant laxis.* Collectam de ipso beato et postmodum repetant antiphonam de apostolis.[4])

[1]) In textu: ex.
[2]) In textu: Pox.
[3]) In textu: Responsosia.
[4]) Rasura.

Talis apostolicum colit observantia festum.

LXXXV. Vigilia sancti petri ante primam adornent totam ecclesiam per ordinem sicut fuit in vigilia natalis domini necnon et squillae argenteae atque[1]) mantilia et bancalia. Similiter capitulum decoretur. Missam matutinalem agant de sancto leone papa. Officium, *Statuit ei.* Oratio, *Deus qui beatum leonem* et collecta beati johannis, *Concede quaesumus omnipotens deus* et aliae consuetudinariae pro viris, adjungentes, *Sanctorum tuorum,* novissimae. Epistola, *Ecce sacerdos.*[(a)] Evangelium, *Videte, vigilate et orate.*[(b)] Offerendam faciant omnes. Post sextam cum audierint signum, surgant e lectulis, lavent manus atque facies et eant pueri in aecclesiam absque ullius sonitu signi; faciant orationem et induantur sacerdos casula, diaconus dalmatica, subdiaconus tunica. Cantor in choro cum cappa, tres conversi albis, quorum duo deferant candelas et turibulum, infantes omnes sint in albis, duo fratres in cappis ad decantandum responsorium et tum pulsentur omnia signa; tres cerei coaptentur ad hanc missam ante altare. Officium, *Dixit dominus petro.* Oratio, *Praesta quaesumus deus, ut nullis.* Responsorium, *In omnem terram.* Offerendam, *Mihi autem nimis.* Versiculus, *Domine probasti me.* Versiculus, *Intellexisti cogitatio(nes).* Versiculus, *Ecce tu domine cognovisti.* Versiculus, *Nimis confortatus est.* Textes evangelii deportetur ad omnes, offerenda unus faciat, ad pacem omnes accedant; in refectorium tabulae cooperte. Generalem cuncti habeant atque pietantiam, qualicunque evenerit die. Adeps nec comedatur ipsa die. Karitas][propinetur ad omnes et quicquid remanserit ex pane et vino elemosynarius accipiat. Ad vesperam duo signa pariter[1]) pulsentur. Caerei XIIcim ante altare collocentur et retro in instrumento decem. Quattuor columnis caerei accendantur, quae ardeant usque completorium alterius diei, et per unumquodque altare singulae candelae distribuantur. Antiphonam hanc dicant ad initium vesperae, *Beati eritis cum vos oderint homines* et psalmi de feria ipsius diei. Capitulum, *Petrus quidem.* Responsorium,

(a) Eccli. XLIV, 17.
(b) Marc. XIII, 33.
fol. 54r

---

[1]) Rasura.

Si diligis me, tres vel quattuor fratres ante altare resonent. Ymnum, *Felix per omnes* tantummodo in hac synaxim cantent. Duo sacerdotes induantur cappis ad deferendum incensum. Antiphona, *Tu es pastor*, et postmodum haec triumphalitur, hoc est triplicabitur. Oremus, *Deus, qui aecclesiam tuam*, et repetant antiphonam de sancto praecursore cum Gloria. Ad completorium hunc versum incipiat, *Vos seculi justi*, qui tam huic horae, quam et per alias usque ad ejusdem beatorum octavas dicatur. Ante nocturnale obsequium accendantur omnes coronae. Ante altare tres candelae coaptentur, retro una tantum. Signa omnia simul pulsentur, quoadusque pueri veniant. Invitatorium quattuor amicti cappis decantent, *Christum regem regum adoremus*, vel, *Tu es pastor ovium*. Ymnus, *Exultet celum*. Lectiones octo ex sermone beati leonis papae, *Omnium quidem Sanctorum sollempnitatem dilectissimi*;[a] tertia vigilia homelia beati hieronymi, *Phylippus iste est frater herodis, de quo supra diximus*,[b] tres lectiones, duodecima dicta sancti hylarii episcopi, *In processu sermonis*.[c] Ad tertiam autem lectionem sit sacerdos in cappa, qui incenset altare majus tantum et chorum. Responsoria duo et duo decantent pariter, ad Gloriam vero adjiciantur pluriores et post Gloria recapitulent a capite octavum et duodecim. Ad cantica augeantur ante aram VIIII^{vem} cerei simul, retro in perticam XV^{ci}. Post expletionem lectionum evangelium, *Venit Jesus*.[d] Collecta ad matutinas laude(s). Responsorium, *Quodcunque*. Versiculus, *Et ego dico*. Ymnus, et postmodum post dictam orationem repetant antiphonam ex praecone. Ante primam][(fol. 54v) ponantur tres calices aurei et signa quattuor regalia adjungentes duo candelabra aurea, quae jugiter ardeant usque ad expletionem completorii. In horis terna lumina accendant. Missa matutinalis alia non agitur nisi illa, quam sacerdotes populo decantent per altaria. Sed mox ut exierint de capitulo sonet squilla custos aecclesiae. Pueri exeant, lavent manus atque in aecclesiam pergant. Tum secretarius denuo pulset signum, quousque veniant facere orationem, qua facta, induantur omnes tam minores, quam majores albis. Deinde sonet signum et agant tertiam. Tunc accipiant ornamenta processionaria, quemadmodum die natalis domini,

(a) Sermo LXXXII (al. LXXX) in Natal. App. Petri et Pauli. P. L. LIV, 422 „Omnium quidem sanctarum solemnitatum."

(b) Comment. in Matth. lib. III, c. 16. P. L. XXVI, 117.

(c) P. L. IX. 1008.

(d) Matth. XVI. 13.

praeter tabulam, ubi affixa est imago domini nostri jesu christi et ejus genitricis, quae in hac processione non suscipitur et veniant ita per ordinem in oratorium sanctae mariae canendo responsorium ex eadem beata, ipse sanctae congruum. Sacerdos dicatur hunc versum, *Post partum virgo*, et oratio de ipsa gloriosa. Qua expleta accipiant duo sacerdotes bina turibula aurea et aromatizet altare ejusdem genitricis dei. Armarius inponat hoc responsorium, *Quem dicunt homines esse*, huic adjungatur aliud per iter, *Magnus sanctus paulus*, et exeant sicut venerunt ordinatae per claustrum. Cum fuerint in atrio ante valvas ecclesiae stent ibi ordinata processione, sicut venerunt, seniores praeparent se ut mos est in choro. Cantor inchoet antiphonam hanc, *Hodie illuxit nobis laetus dies*, exacta incipiat responsorium, *Quodcumque ligaveris* et intret in basilicam. Tunc personantibus cunctis signis, det secretarius omnibus fratribus cappas, pueris tunicas. Officium a duodecim sit custoditum, coeleariam auream cum quaqua missura erit in calicem subdiaconus teneat in choro usque in illam horam, qua proferenda est; duo pallia ponantur super aram et tertium sit album desuper tantum. Ad inchoationem XII[er] officium, responsoria vero quattuor decantent in ambone. *Alleluja* sex similiter super ipsos ambone. Offerendam duo faciant. Ad inchoationem sacrae duodecim cerei ante altare][coaptentur. Retro decem. Ad expletionem fol. 88r
Missae omnia signa pulsentur.

In refectorio habeant omnia praeparata sicut in pasca, eademque propinatio fiat. Ad vesperam duodecim candelae sint ante aram, retro decem, antiphona, *Juravit dominus* et aliae sicut mos est agere in natalitio apostolorum. Ymnus, *Aurea luce*. Collecta, *Deus qui apostolo tuo petro collatis*. Deinde repetant antiphona de sancto paulo apostolo cum Gloria et postmodum sancti johannis. Si ipsa festivitas evenerit die dominico processionem faciant sicut in die resurrectionis fecerunt.

LXXXVI. In commemoratione sancti Pauli. Ad Vitatorium duo sint circumdati cappis. Ymnus, *Exultet caelum*. Primo et secundo nocturno tria candelabra sint ante altare, retro unum. Lectiones de sanctorum patrum sermonibus,

(a) P. L. XXXIX, 2124. *Filioli mei audite nos et liberate vos.*[a] Responsoria, *Qui operatus est,* quartum, octavum et duodecimum a duobus dicantur et ipsum duodenum post Gloriam a capite recapitulent. Ad cantica augeantur duo cerei ante aram. Retro similiter, in pertica quindecim. In laude ymnus, *Doctor egregiae.* Quem dicunt sicuti ipsi versus afixi sunt in ymnorum libro usque in finem. Sacerdos sit in cappa altaria circumdando incenso. Postmodum repetant antiphonam ex apostolo petro, dein sancti johannis baptistae. In horis tria luminaria adsint. Ad missam matutinalem de sancto petro, *Nunc scio vere.* Collecta, *Praesta quaesumus omnipotens deus, ut nullis nos permittas,* atque ex Baptista johannae et aliae consuetudinariae. Ad majorem omnes sint circumdati cappis, pueri tunicis, VII[te] candelabra cum illis, quae conversi deferunt coaptent ante aram, posterius tria. In altare bina coornent pallia et tertium sit album. Officium teneant sex. Epistola, *Notum facio vobis evangelium*
(b) Galat. I, 11. *meum.*[b] Responsorium quattuor cantent. *Alleluja* sex. Ad expletionem missae omnia signa sonatizent. In horis antiphonae, quae sint de laudibus sine versibus sequacibus promantur. Ad Vesperam antiphonae hae, quae habitae sunt super nocturnos, dicantur absque versibus, *Qui operatus est,* in-
fol. 55v primis, et aliae. Cerei quinque adsint][ante aram, retro tres. Ymnus, *Doctor egregiae.* Postmodum repetant antiphonam beati johannis et dein apostolorum principis. In crastino vero celebrent octava sancti johannis sicut jam superius inserta habemus. Pridie nonas Julii officium plenum[1]) fiat septem diebus pro cunctis familiaribus nostris, sicuti fieri mos est pro fratribus defunctis Novembris.

LXXXVII. Infra octavas horum apostolorum ita agant. Jenua(!)[1]) non flectant. Invitatorium, *Regem apostolorum dominum* persolvant. Ymnus, *Exultet celum.* Supra psalmos assumant antiphonas plurimorum apostolorum, quae conveniant, aut ex historia principis apostolorum, quae inter se concordent. Lectiones de sanctorum patrum sermonibus. Responsorium apostolis principis primum, secundum sancti pauli, tertium *Petri beati;* psalmum nullum post nocturnas assumant, sed statim

---

[1]) Rasura.

sonent signum et agant matutinas ex luce[1]) et hanc antiphonam inponant, *Hoc est praeceptum meum.* Ymnus, *Aurea luce.* Postmodum in alium chorum cantent matutinas Sanctorum atque defunctorum. *Deus auribus nostris* et quinque psalmos pro anniversariis fratrum. Secretarii sustollant ornamenta aecclesiae. Ad primam, *Miserere mei deus,* septem psalmos et laetaniam necnon et missam matutinalem. In claustro loquantur sicut aliis diebus. In horis antiphona plurimorum apostolorum, at ubi minus eveniunt promant de propriis; similiter capitula atque orationes. Psalmi familiares non inponantur. Post tertiam agant pueri laetaniam. Ad missam officium, *Mihi autem nimis.* Oremus, *Deus, cujus dextera beatum petrum.* Epistola, *Jam non estis hospites.*[a] Responsorium, (a) Eph. II, 19.
Nimis honorati sunt. Alleluja. Ego vos elegi. Evangelium, *Hoc est praeceptum meum*[b]. Offertorium, *In omnem terram.* (b) Joan. XV, 12.
Communio, *Vos, qui secuti estis me.* Ad Vesperum ex antiphonis unamquamque, quae super evangelium sit, quae communis sit amborum[2]) et psalmi de feria sicuti diatim veniunt. Post caenam agant officium mortuorum sicuti mos est. Si sanctus aliquis evenerit unde tres lectiones efficiant, faciant ut protulimus infra sancti johannis octavas.

LXXXVIII. IN TRanslatione sancti martini

ad vesperum capitulum, *Ecce sacerdos.* Responsorium breve, *Amavit eum dominus.* Ymnus, *Rex christe martini.* Antiphona, *O Martine, o pie.* Oratio, *Deus qui con*][*spicis,* fol. 58r
et repetant antiphonam ex apostolis. Ad stationem responsorium, *Sancte martine.*[3]) Tunc sacerdos dicat hunc versum, *Amavit eum dominus.* Oratio, *Deus, qui populo tuo.* Invitatorium, *Adoremus christum regem.* Ymnus, *Rex christe.* Lectiones obsequium matutinale de ejus ordinationem(!) sive mutationem(!) et istas antiphonas atque responsoria ex *Gloria patri* pueri breviata dicant. In primo nocturno antiphona, *Martinus adhuc. Sanctae trinitatis. Ego signo crucis. Confido in domino. Tetradius cognita. O ineffabilem virum.* Responsorium, *Hic est martinus. Ecce sacerdos magnus. Ora*

---

[1]) Id est: Laudes matutinas.

[2]) Rasura.

[3]) Rasura a verbis „conspicis“ usque „Martine“.

pro nobis. Amavit eum dominus. In secundo antiphona, *Dominus Jesus Christus. Beatus martinus. Sacerdos dei. Martine misit nos. Dum*[1]) *sacramenta. Ora pro nobis.* Responsorium, *Amavit eum dominus. Dum sacramenta. Sancte martinae. Justum deduxit dominus.* Ad cantica antiphona, *Inposita manu puero.* Responsorium, *Elegit te dominus. Justum deduxit. Agmina sacra. Justus ut palma.* Evange-
(a) Luc. XII, 35. lium, *Sint lumbi vestri.*[(a)] In laudibus antiphona, *Ecce sacerdos magnus. Beatus ille servus. Fidelis servus. Sacerdos dei.*[2]) *Serve bone.* Ymnus, *Martine par apostolis.* In evangelio antiphona, *Similabo eum.*[2]) Ad stationem responsorium, *Ora pro nobis.* Missam matutinalem de apostolis. Officium, *Sapientia sanctorum.* Oratio, *Deus cujus dextera.* Epistola,
(b) Eph. II, 19. *Jam non estis.*[(b)] Evangelium, *Hec mando vobis.*[(c)] Ad majo-
(c) Joan. XV. 17. rem officium, *Statuit ei dominus* et omnia sicuti est in confessorum natalicio absque orationibus, quae dicantur e propriis, *Deus, qui apostolo tuo,* vel, *Deus, qui conspicis.* Ad vesperam antiphonae, *Martinus adhuc. Sancte trinitatis. Ego signo crucis. Confido in domino,* et psalmi de confessoribus. Ymnus, *Rex christe.* Antiphona, *O beatum pontificem,* et repetant antiphonam ex apostolis.

LXXXIX. Octavis apostolorum,

ad vesperam habeantur ante altare quinque candele, et retro tres. Tapetia super formulas expandant. Antiphona ad psalmos, *Beati eritis cum vos.* Psalmi ex feria; ymnus, *Aurea luce.* Antiphona, *Isti sunt sancti.* Oremus, *Deus cujus dextera.* Invitatorium, *Gaudete et exultate;* ipsum decan-
fol. 56v tandum fratres duos][induantur cappis. Luminaria ante altare tria, retro unum. Ymnus, *Exultet caelum.* Antiphonae plurimorum apostolorum assumantur. Lectiones de sanctorum patrum sermonibus legantur. Responsoria mistice cantent, unum assumatur ex historia beati petri et aliud de apostoli pauli, quae omnia sicut ibi opus fuerit decantando adimpleant. Quartum, octavum et duodecimum a duobus decantentur. Ad cantica antiphona, *Gloriosi principes terrae.* Evangelium, *Jussit*

---

[1]) Verba: „In secundo antiphona“ usque „dum“ in Rasura.

[2]) Rasura.

jesus discipulos suos.[a] Homelia ejusdem beati hieronimi.[b] Luminaria augeantur duo ante aram et retro similiter. In laudibus antiphona, *Hoc est praeceptum meum*, et aliae, quae sequuntur. Ymnus, *Aurea luce*, antiphona; *Sanctum et verum lumen*. Matutinalem missam, si fuerit dies Dominicus, de ipsa dicat, adjungentes collectam apostolorum, si vero non, ex apostolis agant. Ad majorem sint omnes laevitae atque sacerdotes in cappis. Luminaria septem ante altare cum illis, quae conversi deferunt. Officium, *Sapientia sanctorum*. Oratio, *Deus, cujus dextera*. Epistola, *Hi sunt viri misericordiae*.[c] Responsorium, *Justorum animae*. *Alleluja*. *Justi epulentur*. Evangelium, *Jussit dominus jesus*. Offerendam, *Exultabunt*. Communio, *Justorum animae*. Ad vesperam antiphona super psalmos, *Virgam virtutis tuae*. *Collocet*. *Venientes venient*. *Confortatus*; quinque cerei ante aram, retrorsum tres. Ymnus, *Aurea luce*. Antiphona, *Isti sunt duae olivae et duo candelabra*. Oremus, *Deus, cujus dextera* et repetant antiphonam sancti martialis confessoris christi et discipuli beati petri apostoli. In crastino agant duodecim lectiones de praedicto beato sicut mos est agere in confessorum natalitio.

(a) Matth. XIV, 22.
(b) P. L. XXVI, 106.
(c) Eccli. XLIV, 10.

XC. In translatione sancti patris nostri benedicti. Post nonam adornent presbiterium atque chorum et circumponant bancalia, in formulas tapetia. Super altaria textes omnes coornent et tres cruces aureas instrumento lignorum. Omnes namque arulae cooperiantur sericis vel palliis. Ad vesperam quinque luminaria ante altare, et tria retro, per unum][quodque ex aliis unum, quae circa sunt sita.[1]) Capitulum, *Justum deduxit dominus*. Responsorium, *Sanctus benedictus plus appetiit*, et sacerdos sit in cappa, qui circumdent altaria incenso. Ymnus, *Christe sanctorum*. Antiphona, *Exultet omnium*, et triumphetur, hoc est triplicetur. Oratio, *Intercessio*. Ad stationem responsorium, *Sanctissime confessor*. Collectam, *Quos* . . . . Ad vitatorium duo fratres induantur cappis ad decantandum, *Confessorum regem*. Tres candele sint ante altare, et retro una. Ymnus, *Christe sanctorum*. Lectiones octo de ipsius transmutationis. Antiphone atque

fol. 57r

[1]) In textu: „scita".

responsoria sicut in autentico continentur sic decantentur; IIIItū VIIIvū XIIum responsorium duo dicantur et duodecimum post Gloriam a capite recapituletur. Ad cantica augeantur quindecim cerei in vectica (!) ad aram quattuor, quorum duo in antea et alii duo retrorsum. Homelia ex commentario
(a) Comment. in Matth. lib. III, c. 19. P.L. XXVI, 144. sancti hieronimi de lectione evangelica, *Dixit symon petrus,*[a] quattuor lectiones legant in tertio nocturno. In matutinas laudes ymnus, *Imbuit.*[1]) Posthinc ad stationem antiphona, *Sanctissime confessor.* Oratio ipse, quae conveniat. Ante primam extendant secretarii[1]) bancalia in capitulo, similiter sua refectorarii cum squillis argenteis atque mantilibus ad ornandum ipsam edem. Ad missam matutinalem dicat sacerdos omnes collectas consuetudinarias. Ad majorem missa(m) sint omnes sacerdotes atque laevitae in cappis. Officium sex teneant, duo pallia coaptentur super altare et tertium album superadjungant. VIIte cerei ante in faciem ipsius et post tergum tres. Antiphona, *Os justi.* Epistola, *Justum deduxit*
(b) Sap. X, 10. *dominus.*[b] Responsorium, *Desiderium.* *Alleluja*, *Vir dei*
(c) Matth. XIX, 27. *benedictus.* Evangelium, *Dixit symon petrus.*[c] Offerendam, *Domine praevenisti.* Communio, *Beatus servus.* Dum expleta fuerint ipsa munia sonent omnia signa. In horarum ceptionem accendantur tria luminaria ante aram. Ad vespertinalem sinaxim dicant antiphonas, quas super nocturnale obsequium dixerunt. Psalmos assumant e confessorum natalitio. Ymnus, *Christe sanctorum,* et oratio ex ipso beato.

XCI. Infra octavas

invitatorium, *Regem confessorum.* Lectiones atque responsoria sicut habentur de ipso proprianeae, et per unumquaemfol. 57v que nocturno][singulas antiphonas imponant de proprietate sua. Octavas namque ipsius faciant sicut in octavis sancti johannis baptistae est praenotatum. Ad missam officium, *Justus ut palma.* Oratio, *Intercessio.* Epistola, *Justum*
(b) Sap. X, 10. *deduxit.*[b] Evangelium, *Vigilate.*[d] Item aliud officium, *Ego*
(d) Matth. XXIV, 42. *sicut oliva.* Epistola, *Beatus vir, qui in sapientia.*[e] Respon-
(e) Eccli. XIV, 22. sorium, *Desiderium.* *Alleluja, Os justi.* Evangelium, *Videte,*
(f) Marc. XIII, 33. *orate, vigilate.*[1])[f] Offerenda, *Inveni david.* Communio, *Beatus*

---

[1]) Rasura.

servus. In horis antiphonae ex laude, vesperum autem sub una antiphona cantetur, quae sit ex nocturnalibus aut esuper evangelio cum[1]) psalmis ferialibus. Si dominicus dies evenerit infra ipsam caelebritatem[1]) hoc invitatorium dicant, *Confessorum regem,* et unoquoque nocturno[1]) unam antiphonam inponant. Omnia atque cantent de beato patre. Ad *Gloriam patri* hoc responsorium dicant pueri, *Amavit eum dominus. Justum deduxit dominus. Justus est palma.* Matutinalem missam de Dominica. Majorem e sanctissimo jam nominato. In crastino majorem missam agant ex dominica. Similiter quarta feria cum evangeliis ipsae feriae afixis in texto adjungentes semper collectam de venerabili patre et alias consuetudinarias.

XCII. Octavas ejusdem patris ad invitatorium sint duo fratres in albis et in unoquoque nocturno sex antiphonae dicantur; lectiones octo legant ex sermone domni obdonis, *Inspitiamus ergo quod a domino donatum est nobis.*[2]) Responsorium, *Fuit vir vitae*; IIIItu VIIIvu XIImu pueri dicant sicuti pretestati sumus. In tertio homelia domni bede presbiteri ex evangelio, *Nemo lucerna accendit et in absconso ponit.*[a] Ad missam officium, *Lex dei ejus.* Oratio, *Intercessio.* Lectio de sapientia, *Beatus vir, qui in sapientia.*[b] Responsorium, *Os justi. Alleluja, Vir dei benedictus* et sequentia decantent.[1]) Evangelium, *Nemo lucernam accendit.*[c] Offerendam, *Veritas mea.* Communio, *Beatus servus.* Ad vesperas antiphonas eas, quae super nocturnas habentur inponant et psalmos assumant sicuti in natalicio unius confessoris sunt et per unumquaemque antiphonam decantent singula.

(a) P.L. XCII, 481.
(b) Eccli. XIV, 22.
(c) Luc. XI, 33.

XCIII. Exceptio sancti gregorii papae apud cluniacum tertio decimo Kalendae augusti celebrabitur ita. Ad vitatorium duo sint in cappis; IIIItu VIIIvu XIImu responsorium duo decantent, et omnia sicut mos est][efficere in natalicio fol. 58r

---

[1]) Rasura.

[2]) Delisle, Inventaires des manuscrits de la Bibliothèque Nationale. Fonds de Cluni adnotat hunc sermonem ad No. 15, fol. 106 (hodie No. 2246 du fonds latin des nouvelles acquisitions); in isto vero lectionario non indicatur auctor sermonis.

unius confessoris, ita agantur et ad missam omnes sacerdotes atque levitae debent adesse ornati cappis et sacerdos hanc collectam promat, *Aecclesiam tuam domine benignus illustra.* Hoc vero dignum duximus scribere, ut in illis caenobiis, quibus imitari cupiunt hunc consuetudinem, ita e suis reliquiis susceptionis efficiant secundum suam dignitatem. Vespere et matutina omnium sanctorum cant ad stationem ad ejus aram.

XCIV. In festivitate sancti jacobi apostoli.

Ad vesperam quinque candelas ante altare majus coaptizent, et in formulas coornentur tapetia. Sacerdos sit in cappa circumdando altaria incenso. Ad invitatorium duo fratres sint circumdati cappis; ipsum, *Gaudete.* Cerei tres ante altare, retro unus. In tertio nocturno adaugeant duos. Lectiones octo ex homelia beati gregorii papae ubi ait: *Vos amici*
(a) P. L. LXXVI, 1204. *mei estis*(a) incipiantur. Responsorium, *Ecce ego mitto vos;* IIII^{us} VIII^{vu} XII^{mu} a duobus decantentur. In tertio legant lectiones quattuor ex homelia bede presbiteri de evangelio, *Accesssit ad jesum mater filiorum zebedei. Dominus ac redemptor*
(b) P. L. XCII, 89. *noster.*(b) In laudibus, si aliquis sanctus adfuerit, repetant antiphonam et agant ad hora constituta ex eo missam matutinalem. Ad majorem induantur omnes sacerdotes atque levitae cappis; VII^{tc} candele ante aram. Officium, *Mihi autem nimis.* Oratio, *Esto deus plebi tuae sanctificator.* Lectio de sapien-
(c) Sap. X, 10. tia, *Justum deduxit dominus per vias.*(c) Responsorium, *In omnem terram.*¹) *Alleluja, Constitues eos.* Evangelium, *Accessit ad jesum mater filiorum zebedei* usque, *Sed quibus*
(d) Matth. XX, 20. *paratum est a patre meo.*(d) Require in quadragesima, Ebdomada II^{a} feria IIII^{ta}. Offerenda, *Gloriabuntur.* Communio, *Amen dico vobis quod uni.* Ad vesperam antiphona, *Juravit dominus* et quinque luminaria adesse debent ante altare.

XCV. In caelebratione sancti germani episcopi. Ante vesperas decorentur dimidietas aecclesiae ad honorem festivitatis sequentis diei, ut otius demonstraturi sumus in suo loco. Ad vesperam quinque cerei ante altare.¹) Ymnus, *Iste confessor* et oratio de eodem. Ad invitatorium duo sint adornati cappis; ipsum, *Justus germinavit.* Lectiones octo de ejus

---

¹) Rasura.

vita. Responsoria de confessorum hystoria assumant; IIII[tu]
VIII[vu] XII[mu] duo fratres decan][tent.[1]) In tertio homelia fol. 58v
ex evangelio, *Sint lumbi vestri.*[a] Ad missam omnes sacer- (a) Luc. XI, 35,
dotes atque levite debent esse in cappis. Ad vesperam anti- homil. S. Gregor. Pap. P. L.
phona, *Juravit dominus.* LXXVI, 1123.

XCVI. Festivitatem sancti petri ad vincula. Mox ut exierint hora nona, custos aecclesiae incipiat decorare presbiterium et chorum palliis in gyro; denique circa dorsa fratrum bancalia extendant. Altaria cuncta coornentur. In majori[2]) omnes textes evangeliorum superponantur. In formulis atque tabulis, ubi seniores conveniunt ad induendum se albis, secretarii tapetia sternant. Ad vesperam quinque cerei ante aram adsint, instrumentō lignorum tres. Capitulum, *Petrus quidem servabatur in carcere.* Responsorium, *Si diligis me.* Ymnus, *Petrus beatus. Quodcunque vincli. Gloria deo per immensa.* Sacerdos sit in cappa ad circumdando altaria incenso. Antiphona, *Angelus domini astitit,* et trina vice decantetur. Collecta, *Deus, qui beatum Petrum apostolorum.* Tunc repetant antiphonam ex praenotato sancto et postmodum de beato eusebio. Invitatorium, *Tu es pastor ovium,* ipsumque duo fratres decantent in cappis. Ymnus, *Exultet caelum.* Tres cerei ante altare, retro unus. Antiphonae supra nocturnas assumant apostolorum videlicet, *In omnem terram.* Lectiones quattuor
de actibus apostolorum, *Misit Herodes Rex.*[b] In secunda (b) Act. XII, 1.
aliae quattuor ex sermone S. Augustini, *Audistis fratres*
Karissimi beatissimum petrum.[c] Responsoria omnia cantent (c) P. L. XXXIX,
ex hystoria ipsius principis, *Symon Petre;* quartum, octavum, 2102.
duodecimum a duobus decantentur et a capite post Gloriam ipsum duodenum recapitulent. Ad cantica antiphona, *Misit Dominus angelum suum,* vel *Beatus Petrus apostolus. Vos*
sancti domini.[d] Quattuor cereos, duos anterius et alios duos (d) Isaia LXI, 6.
posterius arae et XV[ci] in pertica. Homelia ex evangelio,
Venit jesus in partes caesareae phylippi.[e] In matutinis lau- (e) Matth. XVI, 13.
dibus antiphona, *Petrus autem servabatur in carcere.* Antiphona, *Erat Petrus dormiens.* Antiphona, *Angelus domini.*

---

[1]) Rasura.

[2]) Correctura.

Ymnus, *Petrus beatus.* Antiphona, *Quodcunque*, et postmodum repetant antiphonam ex sancto cum Gloria.

fol. 59r Ante primam][accipiant refectorarii squillas argenteas et bancalia necnon et mappas ad ornandam edem. In horis tres candele accendantur. Ad missam matutinalem dicantur collectae sicuti in XII^ci lectiones. Ad majorem induantur omnes cappis, etiam et conversi, qui sciunt cantare; infantes habeant tunicas. Ad sacram adsint septem cerei ante altare et retro tres. Officium teneant sex fratres et istam antiphonam personent, *Nunc scio vere.* Oratio, *Deus, qui beatum petrum*
(a) Act. XII, 1. *apostolum.* Epistola, *Misit herodes rex manus.*[a] Responsorium, *Constitues eos* a duobus decantentur vel a tribus. *Alleluja, Salve juvente* (!) *Deo*, a quattuor. Evangelium, *Venit*
(b) Math. XVI, 13. *jesus in partes cesareae.*[b] Offerendam, *Constitues eos.* Offertoria duo accipiant. Communio, *Symon johannis.* Ilico, ut munia expleta fuerint, sonentur omnia signa. In refectorio habeant lactulos, generalem pietantiam et pulmentum atque pigmentata in potum. Per horas denique cantentur antiphonae, quae in laude dicte sunt. Ad vesperas inluminent quinas candelas ante aram et tres ejus posteriora; antiphona, *Juravit dominus*, et aliae sicut in unius apostoli festivitate anotate sunt vel proprianeae ipsius beati[1]) nocturnaliae si velint assumant; Ymnus, *Petrus beatus.* Antiphona, *Dixit Simon Petrus ad jesum,* et collecta ipsius diei praesita.

XCVII. Dominica I mensis augusti. Sabbato ad Vesperum responsorium, *Emitte Domine sapientia de sede.* Ad magnificat antiphona, *Sapientia haedificavit.* De Salomon legitur tum in ecclesia, quam ad mensam usque mensis Septembris.

XCVIII. Vigilia sancti laurentii post sextam, mox ut sonuerit secretarius signum, surgant omnes e lectricis et provideant indigeriis suis et conveniant, lavent manus atque facies; infantes absque ullo sonitu signi veniant in ecclesiam ante altare, efficiant orationem et unus ex ipsis statim incipiant laetaniam. Sacerdos cum ministris exeat et induant se vestimento sacris missarum coaptato. Si f.[2]) venerint in quarta et

[1]) In textu primitus „beate" legebatur.
[2]) Ita legitur in textu. Forsan legendum: vigilia vel jejunia.

sexta feria, agant processionem sicut mos est et deinde dicant missam ex vigilia ipsius diei. *Alleluja*][non canatur. In ipso fol. 59v die nec adipem commedant et in refectorio quicquid remanserint de pane et vino elemosynarius accipiat. Ante vesperum custos ecclesiae ornet altaria sericis[1]) et in formulis tapetia supra extendant. Vesperi synaxi quinque cerei ante aram ponant. Capitulum, *Confitebor tibi Domine rex.* Responsorium, *Quo progrederis.* Ymnus, *Deus tuorum.* Antiphona, *Beatus Laurentius orabat.* Oremus, *Adesto supplicationibus omnipotens deus.* Ad stationem responsorium, *Levita Laurentius.* Oratio, *Excita Domine in aecclesia.* Ad invitatorium sint quattuor in cappis, *Beatus Laurentius martyr christi.* Ymnus, *Martyr dei, qui unicum.* Lectiones octo de ejus passione. Responsorium quartum, octavum et duodecimum a duobus decantentur; duodecimum denique post gloriam a capite repetant. Primo, secundo nocturno tres candelae ante altare sint, retro una. In tertio homelias sancti augustini, *Amen, amen dico vobis,*[1]) *nisi granum frumenti,*[a] et cerei duo augeantur. (a) P. L. XXXV, 1786, No. 9 (In Joan. XII, 24).

Post evangelium recitetur collecta, *Excita Domine.* In laudes ad stationem responsorium, *Beatus*][*Laurentius.* Missam fol. 60r matutinalem agant ex die Dominica si adfuerit, adjungentes orationem sancti Laurentii, *Excita Domine* et alias consuetudinarias. In horis inponant antiphonam ex matutinis laudibus sine versibus. Ad missam majorem omnes sacerdotes atque levitae sint amicti[2]) cappis. Septem cerei accendantur ante aram. Oratio, *Praesta nobis quaesumus omnipotens Deus.* Vespere antiphonae, quae super nocturnum fuerit, inponant, sine versiculis sequentibus. Psalmi ex uno martyre assumant[1]) tam in hac hora, quam de matutina. Unus sacerdos sit in cappa ad incensum deportandum altaribus et repetant antiphonam de sancto episcopo taurino.

XCIX. In sancti taurini festivitate. Ad stationem sint duo in cappis. Antiphona, *Justus ut palma.* Lectiones octo de ejus vita; IIIIta VIIIva XIIma a duobus decantetur. Missam

---

[1]) Rasura.
[2]) In textu: amitcti.

matutinalis (!) dicantur (!) de alio sancto si adfuerit, major vero de praenotato beato et omnes levitae atque sacerdotes amicti sint cappis. Officium, *Statuit ei dominus.* Epistola, *Plura* (!)
(a) Hebr. VII, 23. *facti sunt sacerdotes.*[a] Evangelium, *Homo quidam peregre.*[b]
(b) Math. XXV, 14. Vespere agant de confessoribus.

C. Octava sancti laurentii efficiant duodecim lectiones. Ad invitatorium duo fratres in albis, *Justus florebit.* Antiphona et responsoria sicut supra in ejus sacrum. Nam scimus, quia haec repetitio hujus festivitatis infra octava beatissimae mariae evenit. Lectiones legant de sanctorum patrum octo, responsoria cantent de praefati sancti hystoria. In laude matutina quinque antiphonas promant, et missam majorem ad tertiam ex eo agant. Officium, *Domine probasti cor meum.*
(c) II. Cor. IX, 6. Collecta, *Excita domine.* Epistola, *Qui parce seminat.*[c] Responsorium, *Domine praevenisti. Alleluja, Hic est vere martyr.* Evangelium sicuti in ejus vigilia habetur, *Si quis*
(d) Luc. IX, 23. *vult post me.*[d] Offerenda, *In virtute tua.* Communio, *Posuisti domine;* et si haec octava die dominico advenerit, lectiones octo legantur de ipso beato et alie quattuor de dominica. Homelia ejusdem diei. Sequuntur matutinales laudes ipsius dominicales. Ad collectam, repetant antiphonam cum gloria de praefato sancto, dein promant antiphonam de sancta maria;[1]) et si congruum videtur tertium nocturnum fiat de sancta maria: ipsius vero dominici diei agatur missa in quotidianis diebus.

Virginis assumptum cuncti sic ducite mecum.

CI. Vigilia Assumptionis sanctae mariae. Ante primam ornentur aecclesiae, hinc et inde parietes cortinis necne palliis. Choro post dorsa fratrum incircumaptent bancalia, in formulis tapetia: altaria ordinent suis ornamentis: in majoris omnes libros paratos auro atque argento ponant, et duodecim candele ante ipsum. Phylacterias atque coronas necnon et cassas aureas in perticae huncinis mittant et ipsi, qui hoc adaptant, albis induti sint. Basilica sanctae mariae optime decoretur tam palliis quam phanonibus auro textis. Sedilias capituli bancalia sterniant. Refectorarii similiter suas accipiant

[1]) Verba a: „Sequuntur" usque „de sancta maria" in Rasura.

necnon et mantiles et squillas argenteas ad ornandam ipsam edem. Missam matutinalem agant de sancto eusebio, adjungentes alias pro defunctis. Offerendam omnes faciant. Post capitulum veniant omnes ad radendum. Post sextam cum audierint signum surgant e lectulis, lavent manus atque facies, et eant pueri in aecclesiam absque ullius sonitu signi: faciant orationes, et induantur sacerdos casula, diaconus dalmatica, subdiaconus tunica. Cantor in choro sit cum cappa; tres conversi albis, quorum duo deferant candelabra, tertius turibulum. Infantes omnes sint in albis; duo fratres in cappis ad decantandum responsorium: et tunc pulsentur omnia signa. Tres cerei coaptentur ad hanc missam ante altare. Officium, *Salve sancta parens.* Collecta, *Deus qui virginalem aulam,* et aliae consuetudinariae. Lectiones de Sapientia, ℟ *Ego quasi* fol. 39r
vitis fructificavi.[a] Responsorium, *Benedicta et venerabilis.* (a) Eccli. XXIV, 23.
Alleluja in hac hora nec canitur. Evangelium, *Extollens quaedam mulier.*[b] Require in quadragesima dominica tertia. (b) Luc. XI, 27.
Offertorium, *Ave maria gratia plena,* et dimidii offerant, sicut usi sunt cotidianis diebus. Communio, *Beata es virgo maria.* Ipso die adipem non commedant, et quicquid remanserit in refectorio, elemosynarius accipiat. Ad vesperam primis pulsentur duae squillae, postmodum duo et duo signa sonabuntur: duodecim cerei ante altare, retro decem. Antiphonae super psalmos, *O quam pulchra es.* Capitulum, *In omnibus requiem.* Responsorium, *Beata es virgo maria, dei genitrix.* Ymnus, *Ave maris stella.* Duo sacerdotes induantur cappis ad circumdando altaria incenso. Antiphona, *Paradysi portae,* et triumphaliter canatur. Oremus, *Deus qui virginalem aulam beatae.* Ad stationem responsorium, *Super salutem et omnem pulcritudinem,* versus atque orationem de ipsa beata, quam velit. Ante nocturnale obsequium, priusquam sonentur signa, accendantur omnes corone, et tres candele ante altare majus, et retro duae, deinde pulsentur omnia signa quousque infantes veniant. Ad vitatorium quattuor vestiantur cappis. Hymnus, *Quem terra pontus, aethera.* Lectiones legantur[1]) omnes ex sermone sancti hieronimi.

---

[1]) Rasura.

(a) P. L. XXX, 126, ita et Cod. Cass. 419 al. 425 (Brev. Monast.).

Cogitis me.(a) Responsoria duo et duo cantent. Primo, secundo et tertio nocturno sacerdos induatur cappa cum alba, et dum tertiam lectionem inchoaverit, lector ipse sit praeparatus in secretario, mittat incensum in turibulum et tunc veniat ad altare majus, aromatizet ipsum solummodo, deinde in choro fratres per ordinem. Ad Cantica accendantur quindecim cerei in perticam et novem ante altare et retro septem. Evangelium nec pronuntiabitur. Responsorium duodecimum post *Gloriam* a capite recapitulent. Evangelium, *Repleta est.* Oratio, *Veneranda nobis domine.* In laudibus responsorium, *Exaltata est sancta dei genitrix.* Ymnus, *O gloriosa domina.* Ad stationem responsorium, *Quae est ista.* Tunc sacerdos dicat versum atque orationem ex ipsa virgine sacra. In horis tres candele ante altare inluminentur; priusquam sonetur prima ponantur in altare majus tres calices aurei, et duo candelabra
fol. 61r aurea in eodem loco accendantur totaque die][ardeant. Insuper et in ipsa ara ponant, brachium beatissimi mauri et sceptrum aurem(!) cum vaso similiter auro in quo est . . .[1]) mennae[1]) virginis. Missa matutinalis in basilica sanctae mariae dicatur et una tantummodo collecta promatur. Ad *Sanctus, Sanctus* omnes inalbentur a minimo usque ad maximum. Cum exacta fuerit, tunc pulsentur signum et efficiant orationem simul et tunc demum sonent signum et agant tertiam. Armarius atque secretarius praeparent processionariis[1]) ornamenta. Deinde procedant duo ex juvenibus aut de infantibus et induant se tunicis ad textes evangelii deportandos. Et tunc accedant decem conversi e quibus quattuor accipiant candelabra, duo turibula, unus timiamatis materiem et tres cruces. Ex hinc assint quattuor seniores, qui sacrum ordinem habeant, quique portent reliquias minores et alios[2]) extra istos procedant et accipiant tabulam cum imagine domini nostri jesu christi atque ipsius genitricis. Tunc a paraphonista inponatur haec antiphona, *Tota pulchra es.* Deinde veniant ordinatae oratorium sanctae mariae sicut in his haelementis praefixus apparet.

Aqua	Crucem	Turibulum	Candelabrum	Candelabrum	Sacerdos	Scep-	Brachium
San	Crucifixum	Cassa	Textum	Textum	Ta-	trum	Gloriosae[1])
cta.	Crucem.	Turibulum.	Candelabrum.	Candelabrum.	bula.	Sceptrum.	Pomum.

[1]) Rasura. [2]) Aliōs: Rasura.

Deinde infantes cum magistris et tum domnus abbas; exhinc sacerdos et postmodum levitae, novissime conversi. Cum perdicta ibi fuerit antiphona dicat sacerdos versum atque[1]) collectam ex eadem beata, quam velit. Qua exacta incensetur altare a duobus sacerdotibus cum duobus turibulis. Tunc cantor inchoet responsorium, *Quae est ista*, et postmodum aliud, *Ista est speciosa*. Quamdiu veniunt ambo canendo in claustra et sic ordinate procedant absque mora in atrio ecclesiae sicuti peragrarunt, et cum ibi fuerint, stent ordinata processione in medio, ut venerunt. Seniores assistant veluti in choro usus est standi, dicant ibi hoc responsorium, *Super salutem*, quo peracto intrent ecclesiam hoc responsorium decantando, *Felix namque*][sonantibus cunctis signis. Secretarius tribuat cappas ad omnes, ad infantes tunicas. Signis dimissis habeat armarius praeparatas duodecim cappas in choro et annuente fratribus, quibus ipse voluerit, qui illas vestiant, secumque officium inchoent, *Gaudeamus omnes*. A secretariis ante altare duodecim candele accendantur, retro X^cem^.[1]) Ante alias arulas una tantummodo. Oratio, *famulorum tuorum*. Lectio de sapientia, *In omnibus requiem quaesivi*.[a] Responsorium quattuor decantent, *Propter veritatem*. *Alleluja*, sex, *Assumpta est maria*. Evangelium secundum lucam, *Repleta est Spiritu sancto helisabeth* usque *in deo salutari meo*.[b] Require ante natale domini, ebdomada II, feria IV. *Credo in unum deum* dicant. Offertoria a duobus efficiantur. Missa expleta omnia signa pulsentur. In refectorio trina propinatio fiat, sicuti in domini resurrectione protulimus, et omnia in omnibus, ut repererint ibi adimpleantur. Ad vesperam antiphona, *Exaltata est*. Psalmi, *Dixit dominus*. Antiphona, *Paradisi porta*. *Laetatus sum in his*. *Sicut mirra electa*. Psalmus, *Nisi dominus*. Antiphona, *De fructu*. Psalmus, *Memento domine*. Responsorium, *Exalta est sancta*. Ymnus, *Ave mari(s)*. Antiphona, *Hodie maria virgo caelos ascendit*.

fol. 61v

(a) Eccli. XXIV, 11.

(b) Luc. I, 41—47.

CII. Infra octavas genua non flectant. Signa sonetur, ut mos est cotidianis diebus. Invitatorium, *Ave maria, gratia plena dominus Aecum*; psalmus, *Venite*. Lectiones de sermone

---

[1]) Rasura.

sancti hieronimi.[a] Responsorium de ipsa beata. In unaquaeque nocturna singulae antiphonae. In matutinas laudes unum signum pulsabitur et psalmos sub una antiphona promant; verumtamen unam ex istis per singulos dies, *Assumpta est Maria Virgo. In hodorem. Pulchra es.* Responsorium, *Elegit eam deus.* In expletione[1]) commemorationis sanctorum[1]) veniant in alium chorum et dicant ibi matutinas et *Deus auribus*[1]) et sex psalmos pro defunctis et tunc revertantur pausando dormitorio, si adhuc dies non est. Ad primam, *Miserere mei deus* vel si inpositi alii fuerint pro aliquo opere et VII^te^ psalmos atque laetaniam. Dein missa pro defunctis. In claustro loquantur sicut in aliis diebus. In horis assumantur antiphonae nocturnales, quae conveniant, sive de laudibus, seu ex evangeliio aut de canticis canticorum. Ad tertiam cum Custos ecclesiae insonuerit signum, eant omnes et faciant orationem et tunc][(fol. 62r) induantur albis illi, quibus ad sacrum servire concessum est. Dein iterum pulsante signo agant horam. Psalmi familiares in horarum finibus non inponant. Expleta tertia infantulus incipiant laetaniam. Officium, *Vultum tuum deprecabuntur.* Collectam, *Famulorum tuorum.* Lectio de sapientia. *In omnibus requiem.*[b] Responsorium, *Benedicta et venerabilis. Alleluja, Assumpta est.* Evangelium, *Intravit jesus.*[c] Offertorium, *Ave maria gratia.* Communio, *Beata viscera.* Item aliud officium, *Gaudeamus omnes.* Item tertium, *Salve sancta parens.* Responsorium, *Specie tua. Alleluja, Veni electa mea.* Offertorium, *Filiae regum.* Communio, *Dilexisti justitiam.* Vesperae sub una antiphona dicantur; psalmi feriales. Servitoribus exeuntibus de refectorio agant officium mortuorum. Si venerit aliquis sanctus, unde agi debent tres lectiones tunc legantur sermonem[2]) de sancta maria et responsoria de sancto promant, et in laudes quinque antiphonae dicantur, et ad ora tertia missa ex eo celebretur. Sabbato fiat ad sanctam crucem. Si dies dominica occurrerit omnia agant de beata virgine et in tertio nocturno pronuntietur evangelium, *Repleta est spiritu sancto.*[d]

(a) In Breviario Monastico (Cod. Cass. 419 al. 425) habetur iste sermo, *Cogitis me, o Paula et Eustochium,* quem require P. L. XXX. 126.

(b) Eccli. XXIV, 11.

(c) Luc. X, 38.

(d) Luc. I, 41–47.

---

[1]) Rasura.

[2]) In textu: Sermomone.

Et si aliquis sanctus non adest missam matutinalem agant ex ea et infra ipsa ebdomada dicant dominicalem sacram. Similiter quarta et sexta feria adjungentes evangelia ipsius diei atixa in libro.

CIII. In sancti phyliberti festivitate. Ad vesperum capitulum, *Beatus vir*. Ymnus, *Iste confessor.*[1]) Oratio, *Intercessio nos* et repetant antiphonam ex beata maria. Ad stationem assumant Responsorium de confessorum natalicio. Invitatorium, *Justus florebit.* Octo lectiones[1]) de ipsius vita. In tertio homelia venerabilis bede presbiteri ex evangelio, *Videte, vigilate, orate.*[a] In matutinis laudibus repetant antiphonam in honore sanctae mariae, missa matutinalem ex eadem beata, majorem ex praefato sancto. Officium atque oratio sicuti sunt in sancti benedicti translatione ita efficiantur. Ad vesperam Antiphonae excipiantur unius confessoris, qui non est pontifex, scilicet: *Virgam vir*[1])*(tutis)*. *Potens in terra. Collocet eum dominus. Dirrupisti*[2]) *domine.*

(a) P. L. XCIV, 470. Homil. XXX, in Marc. XXXIII, 13.

CIV.][Octava sanctae mariae. Ad invitatorium sint quattuor in cappis et hanc antiphonam, *Venite adoremus regem regum.* Antiphonae supra psalmos sicuti sunt in ejus festivitate, ita dicantur. Lectiones octo de sermone sancti hieronimi, *Legimus ergo quam saepe ad funera et ad sepulturas.*[1]) Responsoria ipsius beatae; IIII[ta] VIII[va] XII[ma] a senioribus decantentur,[1]) *Exaltata est. Ave maria gratia plena. Elegit eam deus.*[3]) Homeliam ex evangelio legant; *Intravit dominus in quoddam castellum: Haec lectio superiori pulcherrima ratione connectitur.*[b] Ad missam officium, *Gaudeamus omnes in domino.* Oratio, *Famulorum tuorum.* Lectio, *In omnibus requiem.*[c] Responsorium, *Propter veritatem. Alleluja, Assumpta est.* Item alium versum, *Post partum virgo.* Quod qui cantat ambo dicantur unum post alium ante altaris ad grados, quem clerus, qui chorum tenent, sive illi, qui in longum consistentes cum repetitionibus, quae inibi conveniunt, cantent et sequentiam similiter. Evangelium, *Intravit dominus jesus.*[d] Offertorium, Communio sicut patratum est superius. Ad Vesperam antiphonae cum psalmis, sicut in ipsius festivitate dixerunt.

fol. 63v

(b) Ex comment. Bedae in Luc. X, 38. P. L. XCII, 470.

(c) Eccli. XXIV, 11.

(d) Luc. X, 38.

[1]) Rasura. [2]) In textu: Dirripisti.

[3]) Verba: „Exaltata“ usque „deus“ in textu expuncta sunt.

CV. Festivitate sancti Bartholomaei. Ad Vesperam tapetia coaptentur in formulas et quinque cerei ante altare. Capitulum assumatur unius apostoli. Responsorium breve pueri concinnant ad gradus. Sacerdos sit in cappa. Oremus, *Omnipotens sempiterne Deus, qui hujus dici.* Ad stationem responsorium, *Cives Apostolorum.* Collecta de ipso. Ad invitatorium duo induantur cappis: *Gaudete.* Candelae tres ante altare, retro una. Lectiones octo de homelia sancti augustini

[(a) P. L. XXXV, 1853.] ex evangelio, *Haec mando vobis, ut diligatis invicem*[a] et responsoria apostolorum promant; quartum, octavum et duodecinum duo decantent. In tertio homelia beati gregorii papae

[(b) P. L. LXXVI, 1204 (in Joan. XV, 12).] ex evangelio, *Hoc est praeceptum meum.*[b] Cerei duo augeantur ad aram. Ad stationem responsorium, *Fuerunt sine querela.* Missam matutinalem ex eo. Ad majorem omnes sacerdotes et levitae circumdentur cappis. Septem cerei ad aram ordinentur, cum illis quos conversi deferunt. Officium, *Mihi autem nimis.* Oratio, *Omnipotens sempiterne deus, qui hujus.* Epistola, *Jam*

[(c) Eph. II, 19.] *non estis hospites.*[c] Responsorium, *Constitues eos. Alleluja,*

[(d) Joan. XV, 12.] *In omnem terram.* Evangelium, *Hoc est praeceptum meum.*[d] Offertorium, *Mihi autem nimis.* Communio, *Vos qui secuti.* Vesperae sicut mos est in natali unius apostoli agere, sic

[fol. 63r] faciant. Si hac sollempnitate dies dominicus][adfuerit, omnia tamen faciant de apostolo.

CVI. Festivitate sancti augusti atque juliani, quae simul veniunt sollempnizare sicut mos est non valemus, nisi antea beati augustini[1]) caelebritatem inprimis recolamus sicuti antecessores nosti fecerunt. Ad vesperum[1]) capitulum, *Ecce sacerdos magnus.* Antiphona, *In medio ecclesiae.* Collecta; *Ecclesiam*[1]) *tuam domine.* Ad stationem responsorium, *In medio aecclesiae.* Require in natali sancti johannis evangelistae et oratio de confessorum. Vitatorium, *Regem confessorum.* Lectiones octo de ejus vita, *Ex*

[(e) P. L. XXXII, 34. (Vita S. Aug. auct. Possidio).] *provincia ergo Africana.*[e] Responsoria de confessoribus; IIIItu VIIIvu et XIImu a pueris dicantur breviatius. In tertio ho-

[(f) P. L. LXXVI, 1106.] melia sancti gregorii ex evangelio, *Homo quidam peregre*[f],

[(g) Matth. XXIV, 42.[2])] vel *Vigilate itaque.*[g] Ad stationem responsorium, *Ecce vere*

---

[1]) Rasura. [2]) Inter homilias Gregorii ista non invenitur.

Israelita. Missa matutinalis dicatur de ipso, vel si aliquis sanctus adest faciat de ipso. Ad majorem officium, *In medio aecclesiae.* Oratio, *Ecclesiam tuam domine.* Lectio de Sapientia, *Optavi et datus est.*[a] Responsorium, *Os justi. Alleluja, Juravit dominus.* Evangelium, *Homo quidam peregre.*[b] Offerenda, *Veritas mea.* Communio, *Beatus servus quem cum venerit.*

(a) Sap. VII, 7.
(b) Matth. XXIV, 14.

In nativitate Sancti Juliani, priusquam sonentur vespere, ornentur altaria, et illud, ubi perrecturi sunt, adornetur incircum cortinis, super formulas sternant tapetia. Ante altare quinque cerei sint, psalmos dicant de unius[1]) confessoribus. Capitulum de uno martyrum. Responsorium promant pueri ad gradus, *Posuisti domine.* Ymnus, *Deus tuorum.* Antiphona, *Beatus vir, qui suffert.* Orationes, quas velit unius martyrum et postmodum repetant antiphonam sancti hermetis, deinde sancti augustini. Ad stationem, *Vir dei inclitus.* Collectam, *Laetetur ecclesiam.* Vitatorium cantent duo in cappis, *Justus florebit.* Cerei tres ante altare. Retro unum. Octo lectiones de ejus gestis. Responsoria unius martirum vel de suis propriis; IIII[ti] VIII[vi] XII[mi] duo decantent. In tertio omelia sancti gregorii papae de evangelio, *Si quis vult venire.*[c] Candele augeantur due ante aram, misse matutinalis (!) sancti hermetis adjungatur collecta sancti Juliani, *Auxilientur,* et consuetudinariae. Majorem de sancto juliano, et omnes sacerdotes atque laevitae circumdentur se cappis. Septem cerei ante aram cum illis, quos conversi deferunt. Ad vesperam Antiphona, *Virgam.*

(c) P. L. LXXVI, 1232.

fol. 69

CVII.][In decollatione sancti johannis baptistae, vesperae priusquam sonentur, adornetur altare nomine ipsius dedicatum optime et unus cereus ante ponatur, ad majorem quinque, in instrumento lignorum tria, et medietas de libris paratis supra aram. Capitulum, *Sancti ludibria.* Responsorium, *Precursor domini venit.* Ymnus, *Non fuit vastis, qui etherem* sicut veniunt usque in finem ex ordine dicant. Versus, *Magna est gloria ejus.* Antiphona, *Arguebat johannes herodem.* Collecta, *Sancti johannis baptistae et martyris tui.* Et tunc repetant antiphonam

---

[1]) „Unius" primitus in textu non aderat.

sancti juliani et postmodum de sancta Savina. Ad stationem responsorium, *Inter natos mulierum.* Sacerdos promat hunc versum, *Justus ut palma* et orationem, *Deus, qui nos annua beati johannis.* Supervenientes duo in cappis dicant, *Regem precursoris.* Tres cerei ante aram, retro unus. Ymnus, *Deus tuorum.* Antiphona, *Ad omnia, quae mittam te,* et cetere sicuti capitulatae sunt in autemptico. Versiculi unius martyris dicantur. Lectiones octo de sermone sancti johannis episcopi, *Hodie nobis johannis virtus, herodis feritas.*[a] Responsorium, *Misit Herodes.* Quartum, octavum, duodecimum duo decantent, et ipsum duodenum post Gloria a capite recapitulent. In tertio nocturno pronuntietur evangelium secundum matthaeum, *In illo tempore audivit Herodes tetrarcha famam jesu;*[b] omelia Bedae Presbyteri, *Natalem fratres Karissimi, beati Johannis diem caelebrantes.*[c] Candelae augescant duae ante aram et duae in instrumento lignorum. In laudes responsorium, *Gloria et honore.* Ymnus, *Non fuit vastis.* Antiphona, *Misso herodes spiculatore.* Ad stationem responsorium, *Misso herodes;* tum dicat sacerdos hunc versum, *Justus ut palma.* Oratio, *Praesta quaesumus omnipotens deus ut familiam tuam.* Missa matutinalis agatur de sancta savina, addentes collectam sancti johannis atque consuetudinarias. Ad majorem omnes gradus sacerdotum et levitarum cappis circumdentur. Septem cerei ante aram cum eis, quos conversi deferunt accendantur. In lignorum materiae tres ponantur. Officium, *De ventre matris meae,* quod sex fratres teneant. Oratio, *Sancti johannis baptistae.* Epistola, *Sancti ludibria.*[d] Responsorium. *Priusquam te formarem* duo decantent. *Alleluja, Inter natos mulierum,* tres persolvant. Evangelium, *Misit Herodes ac tenuit Joannem.*[e] Offerendam, *Magna est gloria ejus,* vel *Posuisti domine.* Communio, *Tu puer propheta. Posuisti in capite ejus.* In refectorio tabulae cooperiantur. In horis capitula de unius martiris. Orationes de ipsius nativitate, quae conveniant, vel de mar][tyre assumantur. Ad vesperam antiphona, *Ad omnia, quae mittam te;* psalmus, *Dixit dominus;* antiphona, *Ne timeas a facie eorum;* psalmus, *Beatus vir;* antiphona, *Misit dominus manum;* psalmus, *Laudate pueri;* antiphona, *Ecce dedi verba mea;* psalmus,

(a P. L. LII, 549. Sermo iste est: B. Petri Chrysologi.

(b Matth. XIV, 1.

(c P. L. XCIV, 232.

(d Hebr. XI, 36 Ita ex. Brev. Monast. (Cod. Cass. 420 al. 511) p. 391.

(e Marc. VI, 17.

fol. 64r

Credidi.[1]) Capitulum, *Sancti ludibria.* **Responsorium,** *Posuisti domine;* ymnus, *Non fuit vastis.* **Antiphona,** *Perpetui nos.* Collecta, *Sancti johannis baptistae.*

CVIII. **Dominica prima mensis septembris. Hic dimittantur** responsoria **brevia usque in Pascha.**[2]) **Sabbato**[1]) **ad** vesperum responsorium, *Antequam comedam suspiro.* **Antiphona** ad magnificat, *Cum audisset job.* **Legantur tam dominicis** diebus, vigiliis, quam **cotidianis refectionis horis: Libri** Job, Tobias, Judit et hester et ezdra et **earum commentationibus,** quousque octobris mensis **praesto sit; responsoria de eisdem** libris cantentur. **Breviata namque, quae solent infantes** dicere ad nocturnale obsequium in **duodecim lectiones dimittantur.**

CIX. In tertia dominica de historia tobiae. **Sabbato ad** vesperum responsorium, *Omni tempore benedicam te domine.* Ad Magnificat antiphona, *Ne reminiscaris.* **Lectiones ad** vigilias de libro ipsius tobiae, *Tobias ex tribu et civitate neptali.*[a] Tractus, *Peto domine.* **(a) Tob. I, 1.**

CX. Dominica IV[ta] mensis septembris de judith. **Ad** nocturnalia obsequia lectio prima, *Arphaxat itaque rex medorum,*[b] et aliae, quae secuntur ex eodem libro. **Responsoria,** *Tribulationes civitatis.*[3]) **(b) Judith I, 1.**

CXI. In sancti marcelli atque alii marcelli **exceptione.** Ad vesperum capitulum, *Justorum animae.* **Responsorium** pueri dicant ad gradus, *Sancti tui domine.* **Ymnus,** *Sanctorum meritis.* Collecta, *Infirmitatem nostram.* **Ad stationem** responsorium, *Sancte marcelle.* Oratio, *Letetur aecclesia.* **Ad** invitatorium duo fratres circumdentur cappis. Ymnus, *Aeterna christi munera.* Lectiones octo ex marcello cabilonense legantur. Responsoria de plurimorum martyrum; IIII[ta] VIII[va] XII[ma] duo decantent. In tertio nocturno omelia S. Gregorii Papae ex evangelio, *Cum audieritis praelia.*[c] In matutinis **(c) P. L. LXXVI,** laudibus ymnus, *Rex gloriose martyrum.* **Ad stationem 1259.** responsorium ad honorem exceptionis sancti marcelli **dicatur.** Ad missa matutinalis, (!) Collecta, *Infirmitatem nostram,* et,

---

[1]) **Rasura.**

[2]) **Verba „Hic" usque „Pascha" in margine.**

[3]) **Responsorium istud postea adnotatum est.**

Preces populi tui, atque consuetudinariae. Ad majorem ambe collectae dicantur et aliud, quod dicendum est, efficiant sicut mos est in plurimorum martyrum festivitatae.

Theotocos ortum caelebret sic turba clientum.

fol. 61v CXII.][In nativitatae sanctae mariae, priusquam sonentur vesperae, ornetur presbyterium atque chorus palliis et incircum coaptent bancalia. Ante arcum extendant pallium. Textes evangeliorum in altare majori omnes ponant et quinque cerei accendantur ante ipsum. In alia altarià, quae juxta sunt, unus[1]) tantummodo et sint sericis decorata, tam ista quam illa, quae in cripta sunt sita. Super formulas sternant tapetia. Capitulum, *Egredietur virga;* responsorium *Beatissime.* Ymnus, *Ave maris stella.* Sacerdos induatur se cappa ad altaria circumdanda incenso. Antiphonam triumphalem decantent, hoc est ter repetere[1]),˙ *Beatissime virginis mariae;* et repetant antiphonam de sancto adriano. Post dicta, collecta, *Deus, qui virginalem aulam* vel *Supplicationem servorum tuorum.* Ad stationem responsorium, *Felix namque.* Sacerdos dicat hunc versum, *Ave maria gratia* et oratio ipsius beate. Invitatorium, *Nativitatem Virginis Mariae,* quos[1]) decantent in cappis. Ymnus, *Quem terra, pontus.* Tria luminaria accendant ante altare, retro unum. Lectiones octo de canticis canticorum legantur, *Osculetur me,*[(a)] vel approbatae consuetudinis. Responsorium quartum duo promant, octavum tres, duodecimum quattuor, et ipsum duodenum post Gloriam a capite repetant. Ad cantica augescant quindecim cerei in pertica et duo ante aram majorem et duo posterius in materiae lignorum. Evangelium pronuncietur, *Liber generationis* et ex expositiones sancti hieronimi ex eadem lectione.[(b)] Post, *Decet laus,* dictum collecta, *Supplicationem servorum tuorum.* In laudes ad stationem responsorium, *Nativitatem hodiernam.* Ante primam accipiant procuratores refectorii squillas argenteas[2]) necnon et bancalia atque mantiles ad decorandam ipsam edem. Similiter secretarii sua bancalia in capitulo ordinent.

(a) Cantic. I, 1.

(b) Matth. I, 1. P. L. XXVI, 21.

[1]) Rasura.

[2]) In textu: angenteas.

In horis tria luminaria accendant ante faciem arae. Missam matutinalem de sancto Adriano in basilica sanctae mariae audiant et collectam de ipsa beata dicatur et aliae consuetudinariae assumantur.][Ad majorem omnes sacerdotes atque fol. 63r levitae circumdentur se cappis et infantes tunicis. Septem candele ante altare cum eis, quas a conversis deferuntur. Officium, *Gaudeamus,* aut, *Salve sancta parens* et octo fratres in choro ad ipsum procurandum. Collecta, *Famulis tuis.* Lectio de Sapientia, *Dominus possedit me.*[a] Responsorium, *Benedicta* (a) Prov. VIII, 22. *et venerabilis,* quod tres decantent. *Alleluja* quattuor, *Nativitas gloriosae virginis.* Evangelium, *Liber generationis.*[b] (b) Math. I, 1. Offerendam, *Ave Maria gratia plena* et duo accipiant offertoria.[1]) Communio, *Beata viscera, quae portaverunt* vel *Beata es virgo maria.* Mox, ut missa expleta fuerit, omnia signa pulsentur. Capitula et orationes[1]) in horis de ipsa beata[1]) ex festis praecedentibus assumantur, quae conveniant. Ad vesperas quinque cerei ante aram assint, retro tres. Antiphona, *Benedictam.* Psalmus, *Dicit (!) Dominus.* Antiphona, *Sicut mirra electa.* Psalmus, *Laetatus sum.* Antiphona, *Haec est, quae nescivit.* Psalmus, *Nisi Dominus.* Antiphona, *De fructu.* Psalmus, *Memento domine.* Capitulum, *Egredietur virga.* Responsorium, *Ave maria, gratia plena.* Ymnus, *Ave maris stella.* Antiphona, *Nativitas tua.* Oratio, *Famulis tuis.* Si evenerit die dominico ipsa festivitas ad processionem post benedictam aquam et antiphona, *Asperges me,* tunc inchoent responsorium, *Beata progenies unde Christus est natus;* pergant ad sanctam mariam; dicta oratione super infirmos fratres peracto responsorio dicat sacerdos hunc versum, *Post partum virgo.* Oratio, *Supplicationes.* Per claustrum dicant et responsoria et antiphonas de ipsa beata.

Idibus septembris sic incipiantur a vobis.

CXIII. Idibus septembris, agant Primam sicuti prius, denique ipso die incipiant jejunium, quod regula praecipit[2]). Post capitulum sonetur tabula sicut solet privatis diebus et

---

[1]) Rasura.

[2]) Reg. s. Bened. c. 41.

loquantur usque dum sonatur tertia. Post tertiam fratribus cum silentio residentibus in claustro, infantes et infirmi in refectorium veniant. Post sextam eant in dormitorium ad pausandum et dum pulsatum fuerit signum surgant et provideant necessitatibus suis et dum manus et facies habuerint ablutas infantes absque ullo sonitu procedant in aecclesiam ante altare
fol. 65v et orent communiter, deinde surgant][et dicat unus ex ipsis laetaniam. Sacerdos cum ministris pergat Secretario et induat se vestimentis sacris, persolvantque munia.

Post missam pulsato signo pariter orent et exinde, qui servituri sunt fratribus, mixtum accipiant, et post intervallum illud, dicta nona, veniant ad reficiendum. Post vesperas dicant officium mortuorum, et deinde pulsato cymbalo conveniant ad bibendum. Feria quarta et sexta faciant processionem. In duodecim lectione efficiant[1]), sicut soliti sunt. Reliquum usum agat ut supra.

CXIV. In exaltatione sanctae crucis, priusquam sonaverint vespere, ornentur altaria sericis. In majori medietate ponatur libris paratis et quinque cerei accendantur, in formulas tapetia ordinentur. Capitulum, *Hoc sentite in vobis.* Responsorium, *Hoc signum crucis.* Ymnus, *Vexilla Regis.* Antiphona, *O Crux ammirabilis.* Oratio, *Deus qui hunigeniti.* Postea e sanctis martyribus dicatur antiphona cum Gloria. Ad stationem antiphonam vel responsorium, quas velit promere et ad sanctam crucem procedentibus.[1]) Invitatorium, *Regem Martyrum* et duo sint in cappis ad ipsum decantandum. Ymnus, *Aeterna Christi munera.* Primo et secundo nocturno tres candele ardeant et retro una. In tertio augeantur duae. Duae nocturnae de sanctis dicant. Responsorium quartum, octavum, et duodecimum duo fratres decantent. Ad Cantica antiphona, *Dulce lignum. Domine audivi*
(a) Habacuc. III, 1—8; 8—12; 12—19. dividatur in tria cantica.[(a)] Evangelium, *Nunc judicium est mundi* pronuncietur, et quae secuntur omnia de sancta cruce festivae caelebrentur. In laudes ymnus, *Vexilla.* Ad stationem antiphona, *Super omnia ligna cedrorum,* oratio de ipsa festivitate. Missa matutinalis dicatur de sanctis ad sanctam

[1]) Rasura.

crucem, conventus fratrum in choro consistant. Post collectam
de sanctis adjungatur de cruce et aliae consuetudinariae. Ad
tertiam omnes fratres albis vestiti conveniant, et dicta tertia
expandant tapetia ante altare, et praecedant duo levitae ubi
posita fuerit sancta crux, et ducant eam ante altare majus,
discooperientes et conclamantes hanc antiphonam, *Ecce lignum*
crucis. Ilico flectant genua omnes, et conveniat][una pars fra- fol. 66r
trum, prosternat se, oret inprimis, et tunc osculentur crucem,
et philacterias. Cantor inchoet antiphonam, et repetant in-
terim, *Crucem tuam adoramus Domine*. Psalmus, *Deus mi-*
sereatur nobis. Quod per omnes versus antiphonam repetant,
sed et interim aliae dicantur antiphonae, *O Crux splendidior*,
O Crux viride lignum. Postquam adorata fuerit crux levata-
que ante aram, Paraphonista statimque cum clerus inponat
hanc antiphonam, *Super omnia ligna cedrorum*[1]) et ponant
crucem in apto loco: tum dentur ad unumquemque fratrum
cappae, ad infantes tunicae[1]). In altare majores pallium
coaptent et albam; septem candelae cum eis, quas deferunt
conversi, adsint ad missam. Dehinc pulsent signa et incipiant
officium, *In nomine Domini omne genu flectatur*, et sex fratres
teneant in choro. Collecta, *Deus, qui hunigeniti*. Epistola,
Christus factus est pro nobis oboediens.[a] Responsorium, (a) Philipp. II, 8.
Christus factus est. Alleluia, Tuam crucem adoramus domine,
et tres decantent. Evangelium, *Nunc judicium est mundi*,
usque, *Ut filii lucis sitis*.[b] Offerenda, *Protege Domine*. Com- (b) Joan. XII, 31—36.
munio, *Crux jesu christi*. In horis capitula atque versiculi,
necnon et collectae tales dicantur, quae conveniant ad ipsum
diem. Ad vesperam quinque cerei illuminantur et hanc anti-
phonam persolvant cum psalmos totidem, *Nos autem gloriari*.
Dixit Dominus. *Salvator mundi*. *Confitebor*. *Adoramus te*
christe. *Beatus vir*. *Salva nos*. *Laudate pueri*. Capitulum,
Christus factus. Ymnus, *Vexilla Regis prodeunt*. Antiphona,
O Crux splendidior cunctis. Postmodum dicant antiphonam
de sanctis praecedentibus, et subsequentibus. Et si in hac
festivitate evenerit dies dominicus, omnia efficiant sicuti prae-
signatum habemus etiam similiter prostrati adorent crucem.

[1]) Rasura.

CXV. In jejunio quattuor temporum feria quarta faciant processionem sicuti soliti sunt. Lectiones ambae legantur in tono sicuti epistola. Responsorium ad unamquamque dicant. Adipem istis tribus diebus nec commedant. Sexta feria simi-
fol. 66v liter][agant processionem. Sabbato post sextam, mox ut audierint signum, surgant, et provideant necessitatibus suis, lavent manus et facies, eant in aecclesiam pueri absque ullius sonitu et orent simul. Surgentes praecedat Sacerdos in sacrarium et induat se casulla, diaconus alba et stola et cantor vestiat se cappa; quattuor fratres albis, quorum duo decantent benedictionem, alii duo tractum et conversus, qui deferat candelabrum et infantes omnes circumdant se albis. Laetania non dicatur in hac missa,[1]) et ilico ut praeparata sunt omnia, veniat cantor in choro, et incipiat officium. Sacerdos procedat ad altare, oret et agat confessionem cum laevita et tunc dicat *Oremus* et collectam, sicut in sacramentorum continetur libro. Lectiones legant infantes inprimis juniores et postmodum priores: similiter responsoria decantent ab uno incipiente et postmodum cantores in choro repetant a capite, tamen ab ipso[1]) solo finiatur versus,[1]) a quo caeptus est. Duae candelae ante altare, ut diebus privatis, accendantur.[1]) Lectiones, *Locutus est Dominus.*(a) Responsorium, *Protector noster.* Lectio, *Locutus est Dominus.*(b) Responsorium, *Propitius*[1]) *esto.* Lectio, *Domine deus noster.*(c) Responsorium, *Convertere Domine.* Lectio, *Factum est verbum Domini.*(d) Responsorium, *Dirigatur.* Lectio, *Angelus Domini,*(e) legatur usque, *ad cherubim et superexaltatum in saecula.* Tunc prosequatur benedictio quo minor est: qua peracta veniat sacerdos ad altare, dicat *Dominus vobiscum,* et orationem, *Deus qui tribus puerorum.* Aliae vero minime subsequantur. Lecta epistola promat tractum, *Laudate Dominum omnes gentes.* Textum osculare, et offerendam agere solummodo abbas faciat, vel cui jusserit. Illi quattuor fratres, qui cantarunt benedictionem atque tractum, absque ulla licentia exuant se. Pacem unus accipiat. Si duodecim lectiones fuerint ipso die[1]) de aliquo sancto, ad istam missam non mittatur nisi una hostia, et pueri nec[1]) procedant ad tenendum corpus

(a) Levit. XXIII, 27.
(b) Levit. XXIII, 39.
(c) Mich. VII, 14.
(d) Zachar. VIII, 14.
(e) Dan. III, 49—55.

---

[1]) Rasura.

domini ad communicandum, quia ad missam de sancto hoc patraverunt. In refectorio quicquid remanserit elemosynarius accipiat.][fol. 67r

Sunt quoque et quattuor Sabbata, in quibus sunt jejunia constituta et officia lectionum et orationum majora: id est martio mense primo sabbato, juxta observationem quadragesimae verni tempore [1]), quando mensis novorum apud judaeos habebatur: mensis quarti idibus junii secundo sabbato in jejunio: id est frugibus primi panis deo offerebantur et otium ipsius diei custodiebatur. Septimi mensis, id est septembris, tertio sabbato [2]) autumni tempore: hic mensis totus sollempnis erat, in quo et dies expiationum, et afflictio animae et non faciendum opus servile et dies scenophegiae, id est fixio tabernaculorum quinta decima die septem diebus. Decimi mensis, hoc est Decembris: Quarta sabbato ante diem natalis domini ante haec videlicet quattuor sabbata in eadem ebdomada semper quarta et sexta feria legitima jejunia et orationum et lectionum sollempnia sunt celebranda. His etenim diebus fiunt juxta decreta gelasii papae ordinationes. Haec sollempnia quattuor Sabbatorum [1]) *Duodecim lectiones* vulgo appellantur, quia cum ipsis lectionibus et canticis vel Psalmis qui canuntur, hic numerus adimpletur.

CXVI. Vigilia

sancti matthaei apostoli mox ut fratres signum post sextam audierint surgant, lavent manus et facies, et tunc pergant pueri sine aliquo sonitu in ecclesiam; faciant preces ante aram, et incipiant laetaniam statim ut se levaverint. Officium, *Ego autem sicut oliva fructivera.* Collecta, *Da nobis omnipotens Deus.* Lectio de Sapientia, *Beatus homo.* [3]) Responsorium, *Justus ut palma.* Evangelium secundum lucam, *In illo tempore vidit jesus publicanum nomine levi* usque, *Non veni vocare justos, sed peccatores in penitentiam.* [a]) Offerenda, *Gloria et honore.* Communio, *Posuisti domine.* Elemosynariu(s) faciat omnia de refectorio quotquot remanserint. Priusquam pulsentur (a) Luc. V, 27—32.

[1]) Rasura.

[2]) Verba „septembris“ usque „sabbato“ in rasura.

[3]) In Missal. Cassin. (Cod. Cass. 227, al. 57 int. 1413) pag 486. invenitur. Lectio, Beatus vir, qui in sapientia. (Eccli. XIV, 22.)

vespere, adornentur altaria et quinque cerei ante majus accen-
fol. 67 v dantur altare.][Oratio de eodem die. Supervenite duo dicant in cappis, *Gaudete et exultate;* tres candele ante altare adsint. Lectiones octo ex omelia B. Gregorii papae, ubi ait, *Non*
(a) P.L. LXXVI, 1207 (No. 5.) *vos me elegistis.*[a] Responsorium IIII[m] duo promant, VIII[vm] tres, XII[mm] quattuor. In medio aecclesiae omelia de ipso die pronuntietur, duae candele augeantur. Ad stationem eant ad sanctam crucem. Matutinalis missa ibique canetur et hoc officium, *Os justi meditabitur.* Lectio de sapientia, *Beatus*
(b) Prov. III, 13. *vir, qui invenit.*[b] Responsorium, *Beatus vir, qui timet. Alleluja.*
(c) Matth. IX, 9. *Ego vos elegi.* Evangelium de ipso die.[c] Offerenda, *Posuisti domine.* Communio, *Magna est.* Ad majorem omnes sint sacerdotes ac levitae in cappis, infantes in tunicis. Officium, *In medio ecclesiae* quoque sex teneant: chorum quinque cerei illuminent praeter illos, quos Conversi deferunt. Collecta,
(d) Ezech. I, 10. *Beati Mathei.* Epistola, *Similitudo vultus.*[d] Responsorium duo fratres, *Constitues eos. Alleluja* tres dicant: *Ego vos elegi.*
(e) Matth. IX, 9. Evangelium, *Cum transiret jesus, vidit hominem sedentem.*[e] Offerenda, *Constitues eos.* Communio, *Magna est gloria ejus.* Ad vesperam quinque candelabra accendantur, atque psalmos et antiphonas assumant e apostolorum celebritatibus; quibus expletis dicat antiphonam de sancto mauricio sociorumque ejus: *Pretiosa sunt thebeorum* et collecta ipsorum beatorum.

Si haec namque festivitas venerit infra jejunia quattuor temporum, omnia tamen caelebrentur, sicut praedictum est. Post Capitulum denique sedeant in claustro usque dum signum insonuerit hora tertia, et tunc eant ecclesiam, faciantque orationem et induantur omnes sacerdotes atque levitae albis. Dicta tertia circumdent se cappis, et celebrent missam, ut supra taxavimus. Ad nonam agant sacram de jejunio, sicut mos est, et si sola vigilia evenerit missa(m) matutinalem agant de apostolo, adjungentes tantummodo collectam mortuorum: et si in sabbato adventaverit ipsa vigilia, missam matutinalem similiter exsolvant de apostolo et adjungantur orationes consuetudinariae pro vivis et tum pro defunctis, *Sanctorum tuorum.*

CXVII. In festivitate sancti mauricii cum sociis suis. Ad invitatorium vestiantur duo in cappis et hanc antiphonam

decantent, *Regem regum*. Lectiones octo de eorum passione legantur. Similiter antiphonas et responsoria de ipsorum hystoria; IIIIta, VIIIva, XIIma duo cantant. In tertio][omelia ex commentario beati hyeronimi de evangelio; *Videns jesus turbas ascendit in montem,*[a] et candele accendantur sicut mos est in cappis facere. Ad missam sint omnes sacerdotes et levitae in cappis. Septem cerei ante altare cum illis, quos conversi deferunt. Officium, *Venite benedicti*. Oratio ipsius diei. Epistola, *Scimus quoniam diligentibus deum.*[b] Responsorium, *Gloriosus deus*. *Alleluja, Te martyrum candidatus*. Evangelium, *Videns jesus turbas ascendit in montem.*[c] Offerenda, *Mirabilis deus*. Communio, *Posuerunt mortalia*. Ad vesperam quinque cerei. Antiphonae super psalmis, quae ad nocturnale obsequium decantaverunt, assumantur.

fol. 60r

(a) P.L. XXVI, 33.

(b) Rom. VIII, 28.

(c) Math. V, 1.

Agminis etherei sic omnes ducite mecum.

CXVIII. In festivitate sancti michahelis, priusquam sonentur vespere, adornetur presbiterium et chorus paliis (!), incircum extendant bancalia et tapetia supra formulas. In arcum extendant pallium auro textum. In cunctis arulis coaptitent serica. In majus altare omnes libros paratos superponant et quini cerei ante ipsum accendantur, retro tria. Capitulum, *Factum est silentium*. Responsorium, *In conspectu gentium*. Ymnus, *Tibi christe*. Versiculus, *In conspectu angelorum, psallam tibi deus meus*. Antiphona, *Dum sacrum mysterium*, quique ad finem hujus cantici tribus vicibus repetant a capite ipsam antiphonam; tantummodo in ipsa die faciant. Oratio, *Deus qui miro ordine*. Ad romatizandum altaria unus sacerdos efficiat. Ad stationem responsorium, *Fidelis sermo* et collecta ex ipso. Invitatorium duo fratres decantent in cappis, *Regem Archangelorum dominum*. Ymnus, *Christe sanctorum decus angelorum*, supra nocturnos versiculi sicut in antiphonario conscripti sunt. Tres candelae sint ante altare, retro una. Primo et secundo nocturno[1]) lectiones octo de omelia sancti Gregori legendae sunt super evangelium,

[1]) Verba „retro“ usque „nocturno“ in rasura.

Accesserunt ad Jesum publicani: incipiente in loco quo scribitur, *Angelorum quippe et hominum naturam.*[a] [1]) Cantica, *Domine miserere nostri.*[b] In tertio homelia sancti hieronimi de evangelio, *Accesserunt ad jesum discipuli ejus dicentes, quis putas.*[c] Responsorium quartum duo fratres promant, octavum quattuor, duodecimum quinque; quindecim candelae accendantur in vectica(!), duae augeantur ante altare majus, similiter extrorsum et per unamquamque aram una illuminetur. fol. 68v In matutinis laudibus][responsorium, *Sancte michahel archangele defende nos in praelio.* Versus, *Ut non pereamus.* Ymnus, *Tibi Christe.* Versus, *In conspectu angelorum.* Oratio ipsius diei. Ad stationem antiphona, *Angeli, archangeli.* Ante primam secretarii collocent bancalia in capitulo. Antiphona, *Dum sacrum mysterium;* Tripliciter. Missa matutinalem de sancto michahelo(!) et omnes collectae, quae soliti(!) sunt, dicantur. Epistola, *Et factum est praelium in caelo.*[d] Ad missam majorem omnes sacerdotes atque levitae coornent se cappis. In altare majore duo pallia et album superponant: septem cerci ardeant cum illis, quos conversi deferunt, et tres retro. Officium sex teneant. Lectio de apocalipsi, *Significavit deus.*[e] Responsorium duo decantent. Alleluja quattuor: Offertoria duo accipiant. Ad offerendam duo turibula aurea habeant praeparata duo fratres; mox ut dixerint: *Data sunt ei incensa multa,* tunc detur ad sacerdotem unum ex turibulis, ut incenset calicem. Quo recepto praecedant duo sacerdotes in cappis et stent a latere altaris hinc et inde tenentes duo turibula thymiathizantes aram desuper, quousque dum repetitio de versu, *Et ascendit fumus,* Cantores finierint: et tunc eant ad altaria, quae sita sunt post majus, illa, aram, quae assistit in medio incensent ambo simul, et tunc procedant ad alias arulas unusquisque hinc et inde circumdando incenso; expleta missa sonent omnia signa. In horis dicantur versiculi, quae(!) super nocturnale obsequium fuerint et per unamquamque horam tres candelae accendant. Ad vesperas quinque cerei ante aram, retro tres. Antiphona, *Stetit angelus.* Psalmus, *Dicit dominus.* Antiphona, *Ascendit fumus.* Psalmus, *Beatus vir.* Antiphona,

(a) P. L. LXXVI, 1249. C. (Homil. Greg. Pap. in Luc. XV, 1—10).
(b) Isaia, XXXII, 2.
(c) P. L. XXVI, 132. (in Matth. XVIII, 1).
(d) Apoc. XII, 7.
(e) Apoc. I, 1.

---

[1]) Rasura.

Gloriosus apparuisti. Psalmus, *Laudate pueri.* Antiphona, *In conspectu angelorum.* Psalmus, *Confitebor.* Responsorium, *Sancte michahel.* Ymnus, *Tibi christe.* Oratio, *Deus, qui miro ordine.* Antiphona ad Magnificat, *Princeps gloriosissime.*

CXIX. In sancti hieronimi. Ad vesperam antiphona, *In medio aecclesiae.* Collecta, *Ecclesiam tuam Deus.* Lectiones octo de ejus vita. In tertio expositio sancti Gregorii papae, de evangelio, *Homo quidam peregre.*[a] Ad missam officium, *In medio aecclesiae.* Collecta, *Ecclesiam tuam.* Lectio de sapientia, *Optavi et datus est mihi sensus.*[b] Responsorium, ℟ *Justus ut palma.* *Alleluia.* *Os justi meditabitur.* Evangelium, *Homo quidam peregre.*[c] Offerenda, *Justus ut palma.* Communio, *Beatus ille.* Vespere agantur de confessorum.

CXX. In celebratione sanctorum germani et remigii ad vesperas repetant inprimis antiphonam de sancto germano et postmodum de aliis sanctis. Ad stationem responsorium, *Justorum animae* et oratio de ipsis. Vitatorium, *Regem confessorum.* Responsoria mystice tam martyrum quam confessorum. In tertio nocturno legant lectiones de omelia S. Gregorii papae plurimorum martyrum.[a] In laudibus ymnus, *Aeterna christi munera.* Ad stationem responsorium, *Corpora sanctorum.* Missa matutinalem de martyribus. Majorem ad honorem sancti hiermani de unius confessoris.

CXXI. In festivitate sancti leodegarii episcopi ad vesperam repetant antiphonam martyrum unius. Vitatorium, *Justus florebit.* Lectiones octo de ejus passione. Responsorium unius martyrum. In tertio omelia Sancti Gregorii papae, *Si quis vult venire post me;*[d] ad missam collecta, *Preces populi tui.*

CXXII. Dominica prima mensis octobris.

Sabbato ad vesperum responsorium, *Tua est potentia.* Antiphona ad Magnificat, *Adaperiat dominus.* Ad nocturnum dicatur ymnus, *Primo dierum.* Legatur hystoria macabaeorum. Responsoria, *Adaperiat Dominus.* Ad matutinas laudes ymnus, *Aeterne rerum conditor.* Ipso denique die dimittatur meridiana, qua fratres solent in aestate dormire. Exientes a refectione confestim veniant claustro, et meditent lectiones quousque servitores de refectorio veniunt, ilico ut ipsi in

a. P. L. LXXVI, 1250. (Homil. in Luc. XXI, 9.)
b. Sap. VII, 7.
c. Matth. XXV, 14.
a. P. L. LXXVI, 1250. (Homil. in Luc. XXI, 9.)
d. P. L. LXXVI, 1232.

aecclesiam perventi fuerint, custos sonet signum, quod majus est tandiu, quousque infantes veniant et ante altare procedant orationem facere: Quo facta sonet iterum signum et agatur hora. Expleta, pulsato cymbalo veniant in refectorium: exhinc
fol. 69v aqua non ministrabitur usque][ad dominicam in palmis. Sed continuo ut ubi fuerint sive prior, sive praesens fuerit abbas, percutiat squillam et unusquisque de vino, quod habuerit ante se, bibat justitiaeque suae os apponentes, deinde tribus vicibus squilla percussa surgentes revertantur in claustrum: in festis diebus similiterque peragant usque ad festivitatem sancti martini.

CXXIII. Privatis autem
diebus mensis octobris post matutinas revertantur ad lectula fratres. Cum diem viderit apparere custos aecclesiae sonet minus signum modicae et sine mora venientes ad aecclesiam fratres cantent primam, et post septem psalmos laetaniam: inde venientes sedeant ad lectiones suas cum silentio, pueri primitus alta voce legant, postea suavius, vel cantent; fratres autem honeste debent vel[1]) legere vel cantare. Ebdomadarii coquinae, cellerarii, et decani, vel quibus de foris aliquid injunctum est obedientiae, debent se solummodo caltiare. Cum tempus fuerit regularis horae, sonet custos minus signum modicae, ut pergentes in dormitorium caltient se,[1]) deinde lavent manus et facies suas. Venientibus autem ad aecclesiam infantibus majus signum sonetur, et in choro simul omnes faciant tres orationes, quibus finitis inclinent se ante et retro. Iterum minus signum pulsetur: cantent tertiam, postea missam. Missa peracta sonet prior, jubente, si praesens fuerit, abbate signum ad capitulum, et per ordinem sicut ibi sessuri sunt, illuc fratres veniant. Quo peracto dicant quinque psalmos pro his, quorum sunt ibi nomina pronuntiata. Deinde sonet prior tabulam annuente abbate, et jubeat ipse singulos ad officia sua pergere. Pueri veniant ad capitulum, postea in refectorium.

fol. 70r Si qui sunt alio die vel tertio fratres sanguinis diminu][tione debiles, debent in refectorio ire statim ut exierint e

---

[1]) Rasura.

capitulo, et det eis cellerarius tria pulmentaria. Nec debet custos illa quemquam hora manducantem praeter abbatem expectare vel priorem, cum praeviderit sinaxim sextam advenisse die ipso, post sextam nullum loquatur in claustro, donec infantes exeant de monasterio.[1])

Si quis ex fratribus voluerit sanguinem minuere, tunc tempus est licentiam petere, et cellerario dicere, ut omnia, quae necessaria sunt, inveniat parata mox ut evangelium lectum fuerit in loco decreto. Item qui voluerint sanguinem minuere post refectionem, tunc debet facere; et post vesperas in refectorium ire, sed et aliquid caritatis[2]) habere. In crastinum in nocturnalibus ambulent, et his duobus diebus tria pulmenta, sicut supra dictum est, habeant: quarta die quarta pars casei post missam detur unicuique. Quarta et sexta feria post sextam facto parvo intervallo sonet signum secretarius modice, et discaltient se omnes, deinde lavent manus et pergant in ecclesiam; orationes generaliter. Surgentes incipiant antiphonas atque processionem agant sicut mos est.

In aliis diebus post sextam, facta aliqua mora magister faciat abluere illorum infantium manus, qui debent servire ad missam. Deinde custos aecclesiae cum viderit tempus esse, sonet signum ad missam, et tunc procedant omnes in basilicam, efficiant preces; quibus surgentibus dicat unus de pueris laetaniam, et tunc vestiant se, qui ministraturi sunt ad missam. Finita, pulsetur signum ad nonam, et oratione facta vadant ebdomadarii coquinae, cellerarius et lector in refectorium ut accipiant mixtum. Fratres alii sedeant in choro, donec alio minore signo pulsato, cunctis convenientibus, dicatur nona. Post nonam veniant ad mensam. Refectione celebrata sedeant in claustro.

CXXIV.][Festivitate sancti dionisii medietas monasterii decoretur. Ad vesperam quinque cerei ante aram, retro tres. Responsorium, *Beatissimus dionisius* vel, *Pretiosus domini*. Antiphona, *Et factum est comes*. Oratio, *Concede quaesumus omnipotens*. Ad stationem responsorium assumant de eorum historia. fol. 70v

---

[1]) Alia manus correxit: „ecclesia“.

[2]) In textu: caritas (superscript: tis).

Ad invitatorium sint duo in cappis; primo et secundo nocturno tres candele ante altare, retro una. Lectiones octo de ejus passione. In tertio legant omeliam ex commentario beti (!) hieronimi de evangelio, *Respondens jesus dixit: Confitebor tibi*
(a) P.L. XXVI, 77 (in Matth. XI, 25). *pater caeli,*[a] et candelae augeantur due retro, et anterius ante aram similiter. In pertica XVci; IIIItu, VIIIvu, XIImu tres decantent. Ad expletionem missae omnia signa pulsentur.

In sancto Geraldo XIIci lectiones efficiantur et cuncta agantur[1]) sicut mos est in natalitio unius confessoris.

CXXV. In caelebratione sancti lucae evangelistae. Ad vesperum capitulum, *In medio aecclesiae* vel *Cibavit eum dominus.* Responsorium breve, *In omnem terram.* Ymnus, *Exultet caelum.* Antiphona, *In medio aecclesiae.* Collecta, *Aecclesiam tuam deus* vel *Interveniat pro nobis.* Ad invitatorium sint duo fratres in albis. Ymnus, *Aeterna christi munera.* Antiphonae de apostolorum, lectiones octo ex omelia
(b) P. L. LXXVI, 1206 (No. 4). sancti Gregorii Papae, ubi ait: *Vos amici mei estis,*[b] inchoentur. In tertio evangelium, *Factum est contentio.*[c] In lau-
(c) Luc. XXII, 24. dibus veniat sacerdos cum alba in choro. Ad missam officium, *In medio aecclesiae.* Oratio, *Aecclesiam tuam deus* vel *Interveniat pro nobis;* prophaetia[2]) iezechihel, *Similtudo vul-*
(d) Ezech. I, 10. *tus.*[d] Responsorium, *Nimis honorati sunt. Alleluja, Primus ad syon dicet ecce adsum et hierusalem evangelistam dabo.*
(e) Luc. XXII, 24. Deinde cantent sequentia(m). Evangelium, *Facta est contentio.*[e] Offerenda, *Justus ut palma.* Communio, *Magna est gloria ejus.* Ad vesperam antiphona, *Juravit dominus.*

In sancti aquilini. Ad vesperam
capitulum, *Ecce sacerdos magnus.* Responsorium unius confessoris dicant pueri ante altare. Sacerdos sit in cappa. Oratio, *Da quaesumus omnipotens deus.* Invitatorium decantent duo in cappis. Lectiones confessorum. Responsorium
fol. 71r IIIItu, VIIIvu, XIImu duo decantent ante altare][Ad missam sint omnes sacerdotes atque levitae in cappis.

In sancti lauteni duodecim lectiones efficiant, sicut consuetudinis est in nataliciis unius confessoris perficere.

---

[1]) Rasura.
[2]) Id est: Epistola.

CXXVI. In sanctorum apostolorum symonis et judae vigilia. Ad missam officium, *Intret in conspectu*. Collecta, *Concede quaesumus omnipotens Deus, ut sicut apostolorum tuorum* et aliae consuetudinariae. Lectiones de sapientia; *Justorum animae.*[a] Responsorium, *Vindica Domine*. Evangelium, *Ego sum vitis vera.*[b] Offerenda, *Exultabunt sancti*. Communio, *Justorum animae*. In ipso die non comedant adipem, et quicquid remanserit in refectorio de pane et vino elemosynarius accipiat. Secretarii, priusquam sonentur vespere, coornent altaria sericis et supra formulas mittant tapetum. Sinaxim vespere accendantur quinque cerei ante altare. Capitulum, *Jam non estis hospites.*[c] Collecta, *Concede quaesumus omnipotens deus*. Invitatorium decantent duo in cappis. Lectiones octo de homilia sancti Augustini, *Mementote sermonis mei.*[d] Tres candelae ardeant ante aram, retro una. (Lectiones octo de omelia sancti augustini, *Memento(te) sermonis mei.*[d])[1]) In tertio legant omeliam gregorii papae, *Designavit dominus*,[e] et adaugeantur duo cerei ante altare. Antiphona atque responsoria apostolorum cantent, et quartum et octavum atque duodecimum duo decantent et ipsum duodenum post Gloriam dictam a capite recapitulent. Ad missam sint omnes sacerdotes atque levitae circumdati cappis: et septem luminaria accendantur cum illis, que conversi deferunt. Officium, *Exclamaverunt*. Collecta, *Deus qui apostolis tuis*. Epistola, *Stabunt justi.*[f] Responsorium, *Nimis honorati*. *Alleluja, Stabunt justi.*[f][2]) Evangelium, *Designavit Dominus.*[g] Offerenda, *In omnem terram*. Communio, *Vos qui secuti estis me*. In refectorio tabulae cooperiantur. Ad vesperam quinque cerei illuminentur. Antiphonas et psalmos sicuti in natalicio plurimorum Apostolorum solitum est, decantent; videlicet, *Virgam virtutis*. *Collocet*. *Euntes*. *Confortatus*.

(a) Sap. III, 1.
(b) Joan. XV, 1.5.
(c) Ephes. II, 19.
(d) P. L. XXXV, 1854 (In Joan. XV, 20).
(e) P. L. LXXVI, 1130.
(f) Sap. V, 1.
(g) Luc. X, 1.

CXXVII. Vigilia omnium sanctorum. Antequam secunda agatur, decoretur totum monasterium palliis. Per chorum incircum extendant bancalia et super formulas tapetia

[1]) Ita repetitur in textu.
[2]) Verba „Responsorium“ usque „justi“ postea addita sunt.

fol. 71v atque altaria decorentur][et in majorem textos ponant. Duo fratres praeparent se in albis, qui philacterias ordinent in retiaculum perticae. In facie arcus coaptentur duae tunicae et in medio pallium. Basilica sanctae Mariae palliis vel sericis adornetur; in capitulo bancalia coaptitent. Similiter refectorii procuratores mantiles atque bancalia accipiant ad decorandam aedem. Si aliquis sanctus evenerit in ipso die, unde agantur tres lectiones, tunc dicąnt missam matutinalem ex eo, adjungentes collectam pro defunctis, et offerantur cuncti. Si vigilia adventaverit quarta aut[1]) sexta feria, tunc fiat processio, et si in alia feria fuerit, sonent signum. Post sexta(m) eant et faciant orationem, deinde[1]) dicant laetaniam: signa non pulsent, nec cappa sit in choro, sed tantummodo diaconus indutus alba, et stola, et subdiaconus sit in alba. Officium, *Timete dominum.* Collecta, *Domine Deus noster.* Deinde aliae consuetudinariae. Epistola, *Ecce ego johannes*
(a) Apoc. V, 6. *vidi in medio throni.*(a) Responsorium, *Exultabunt Sancti.* Alleluja non est canenda. Evangelium, *Descendens Jesus de*
(b) Luc. VI, 17. *monte.*(b) Offerendam faciant dimidia pars, similiter pacem. Offertorium, *Laetamini in domino.* Communio, *Amen, amen dico vobis quod uni.* Adeps non commedatur ipso die. Panem et vinum, quae remanent in refectorio, elemosynarius accipiat. Ad vesperam inprimis non pulsentur nisi squilla sola, et XII^{ci} cerei[2]) sint ante altare majus, retro decem, et per unumquodque de aliis unum. Antiphona, *In consilio justorum,* et aliae, quae secuntur. Capitulum, *Ecce ego johannes.* Responsorium, *Beati estis dei sancti omnes.* Ymnus, *Christe redemptor,* et duo fratres induantur cappis ad incensum deferendum. Versus, *Letamini in domino.* Antiphona, *Salvator mundi salva nos omnes,* et trina vice repetant. Capitula, *Post partum virgo,* et ut solent dici vespere de omnibus sanctis cotidianis diebus. Collecta, *Omnipotens sempiterne Deus,* et tunc repetant antiphonam de cruce sine Gloria et collecta ejusdem. Post haec, si aliquis psalmus impositus est pro vivis vel defunctis, tunc dicatur et finiat. Ad nocturnos, priusquam

---

[1]) Rasura.
[2]) XII^{ci} cerei: Rasura.

sonetur squilla, accendantur omnes coronae, et post unum quodque altare sit una candela et mox, ut fuerit canticum graduum peractum, tres candelas ante][aram majorem, retro unam imponant. Invitatorium decantent quattuor fratres in cappis.[1]) Ymnus, *Jesu salvator*. Lectiones octo de sermone sancti bonifacii papae, *Legimus in aecclesiasticis*.[a] Responsoria duo et duo pronuntient. Per unumquemque nocturnum sit sacerdos in cappa, qui incenset altare majus tantummodo et fratres in choro. Ad cantica augeantur VIIII^ve^ candele ante aram. Retro similiter, in pertica XV^ci^. Evangelium pronuntietur, *Videns turbas Jesus*.[b] Homilia sancti leonis papae, *Praedicante dilectissimi*.[c] Responsorium duodecimum recapitulent a capite post *Gloria*. In matutinis laudibus antiphona, *Vidi turbam magnam*. Capitulum, *Et magnificavit*. Responsorium, *Justorum animae*. Ymnus, *Christe redemptor*. Versus, *Laetamini in domino*. Antiphona, *Sanctum est verum lumen*, aut, *O quam gloriosum*, et ter repetant. Collecta, *Omnipotens sempiterne deus* et tunc repetant antiphonam de cruce, *Adoramus te christe*, deinde subsequatur oratio ipsius: Post haec dicant quinque psalmos pro defunctis. Ante primam ponant calices aureos super altare, et alia ornamenta, quae consuetudine sunt. In horis tres cerei illuminentur. Antiphonas dicant de illis, quae super evangelio sunt. Missam matutinalem agant de sanctorum festivitate cum una tantummodo collecta. Ante tertiam sint omnes in albis, et mox ut dicta fuerit hora induant se cappis omnes, etiam conversi, infantes tunicis. Super altare mittant duo pallia et albam desuper. Duodecim cerei ante aram, retro decem. Officium, *Gaudeamus omnes* et octo fratres procurentur. Epistola, *Ecce ego johannes vidi alterum angelum ascendentem*.[d] Responsorium, *Timete Dominum* a quattuor fratribus decantetur: *Alleluja* a sex, *Fulgebunt justi*. Evangelium, *Videns turbas Jesus*.[b] Offerenda, *Mirabilis deus*. Offertoria duo accipiant. Communio, *Gaudete justi*. Expleta missa sonent omnia signa. In refectorio sicut in praecipuis festis ita habeant, praeterquam quod semel miscitur. Ad

fol. 72r

(a) P. L. XCIV, 452[2]).

(b) Matth. V, 1.

(c) P.L. LIV, 461.

(d) Apoc. VII. 2.

(b) Matth. V, 1.

[1]) Rasura.

[2]) Non est Bonifacii papae ista homilia, sed inter homilias subdititias Bedae adnumeratur.

vesperam accendantur duodecim candelae ante aram, retro decem. Antiphona, *In consilio justorum* et aliae sicut mos est dicere in cotidianis diebus. Responsorium, *Sancti tui* fol. 72v *domine benedicent te*. Ymnus, *Christe sanctorum*.][Antiphonam terna vice repetant. Oratio, *Omnipotens sempiterne deus*. Si de aliquo sancto agitur in crastino, tunc dicatur antiphona cum Gloria et oratio in tono sicut mos est, deinde antiphona de Cruce, postea psalmi pro defunctis et tunc pulsent omnia signa. Dicantur vespere mortuorum cum antiphonis: nam et in hoc die festivitatis post capitulum decanus et cellerarius refectionem tribuant omnibus supervenientibus pauperibus, sicut mos est agere in cena domini; et quicquid ipsa die post sinaxim vespere de refectione cenae fratrum remanserit, elemosynarius accipiat.

Constitutum est una cum consensu et rogatu omnium seniorum Clunensium monachorum, ut sicut in aecclesiis dei, quae per orbem terrarum longe lateque constructe sunt, in die Kalendarum novembrium agitur festivitas omnium sanctorum, ita apud nos agatur festivo more commemoratio fidelium defunctorum tali modo: in crastino, etiam si dies dominica fuerit vel de aliquo sancto duodecim lectiones fecerint, sit tamen mox, ut suffragia sanctorum expleta fuerint, pulsent omnia signa, et agant officium mortuorum et matutine ipsorum, et accendantur duodecim cerei ante aram, retro decem. Quibus exactis eant in alium chorum et dicant matutinas omnium sanctorum, et sex psalmos pro defunctis. Ad missam matutinalem accendantur duodecim candelae ante altare, retro decem: unus puer sit in choro cum cappa, et alius in casula qui epistolam proferat, et duo alii in albis, a quibus responsorium decantetur, *Si ambulem in medio*; et duo fratres tractum *De profundis*, similiter albis induti sint et tres conversi, quorum duo deferant candelabra, tertius turibulum, et tunc omnia signa pulsentur. Offerendam omnes faciant, et has orationes dicat sacerdos, *Fidelium Deus omnium*, adjungens pro anniversariis, *Praesta quaesumus domine* et fiat. Omnes[1]) denique sacerdotes ipso die privatim missas caelaebrent pro requie

[1]) Verba: „omnes“ usque „privatim“ in rasura.

omnium animarum fidelium, tantummodo cum supra dictis collectis pro defunctis. Similiter dicantur ad vesperum ‖ sive matutinum ipse collectae et ad duodecim pauperibus refectiones praeparentur abundae ipsa die. Si in die feriato evenerit haec constitutio, vigiliam mortuorum faciant post nocturnale obsequium. Et ut hoc decretum perpetuum vigore obtineat, volumus et petimus, et praecipimus tam in hoc[1]) loco, quam in cunctis locis, ad istum locum pertinentibus, servetur: et si aliquis ista nostra fideli inventione sumpserit exemplum, particeps omnium bonorum efficiatur votorum[2]). fol. 73r

Istos novembris mores servate Kalendis.

CXXVIII. Kalende Novembris, si die Dominica evenerint, festivitas omnium sanctorum caelebratur. Reliquis autem hebdomadae privatis diebus triginta psalmi ante nocturnos dicantur: lectiones longe ex ezechihelis prophetia legantur inprimis;[3]) responsorium, *Vidi Dominum;* deinde danihel. Ad finem lectionis[1]), *Tu autem*[1]) *Domine* dicantur. Duodecim prophetiae cum leguntur, *Haec dicit Dominus*[1]) dicant: et si ipsa prophetia in lectionem finierit, in qualicumque ipsorum[1]) libro, lector in, *Tu autem Domine* expleat. Officium mortuorum simul cum matutinis agatur. Deinde cum antiphona veniant in alium Chorum, ibique matutinas de omnibus sanctis dicant, et psalmos[1]), *Deus auribus nostris;* et si defunctum habuerint[1]), *Verba mea.* Postea in dormitorium infantes ambulent cum custodia. Inde revertentes, sicuti regula praecipit, cantum, quemadmodum est necessarium, in capitulo sedentes discant. Fratres in choro sedeant psalmodiis et orationibus intenti. Si cui[1]) secretius orare libuerit, foris chorum orationem faciat, et statim reveniens in choro sedeat. Si vero in dies Kalendarium secunda et tertia, vel quarta feria venerit, incipiant responsorium de prophetis anteriora die dominica, similiter et lectiones de propheta. Sed longas tres lectiones et intervalla non nisi

---

[1]) Rasura.

[2]) Efficiatur votorum: Rasura.

[3]) „Prophetia" et „legantur inprimis": Rasura.

post Kalendas incipiant. Si vero quinta vel sexta feria Kalendae superveniunt, aliqua privata die post Kalendas existente, psalmodiam, lectiones, et intervalla vel omnia compleant, sicut
fol. 73v tota hieme consuetudinis est retinere, et dominica subsequente][lectiones et responsoria, secundum ordinem inponantur.[1]) Custodi autem ecclesiae sollicite providendum est, et tali tempore matutinas laudes faciat incipere, quatinus matutinae, Prima, laetania simul cum luce perficiantur; si autem aliqua dubietate deluditur, et aliquid tenebrarum post laetaniam remanserit, sicut in intervallo supra dictum est, ita faciant fratres: videlicet, ut ita noctis tempora peragentes, ut nullus praeter debiles et egrotos revertatur ad stratum. Sed prima diei luce conveniant omnes in claustrum ad lectiones, cum tali, velut ante dictum est, disciplina sedere. Exhinc namque dimittantur processiones, quae solent fieri feria quarta et sexta, et mandatum, quod solet facere ad pauperes usque in capud jejunii. Dimittant etiam et duo psalmos pro defunctis, *Ad dominum cum tribularer,* et, *De profundis* usque in septuagesima. Ad completorium, ymnus, *Christe qui lux es,* absque duodecim lectionibus et octabis, usque in pascha dicatur.

Quarto Nonas
novembris fiat[2]) officium diebus septem pro cunctis familiaribus nostris sicuti fieri mos est pro fratribus noviter defunctis: et una justitia detur triginta diebus. Debet fieri septem diebus plenum officium, et in prima die tantum pulsare omnia signa, tam ad vigiliam quam ad missam. Collectae sicut solite sunt dicendae, ita dicantur, et in refectorio quicquid remanserit elemosynarius accipiat, et usque in triginta dies in horis dicantur, *Voce mea,* et post expletionem matutinorum omnium sanctorum, *Deus auribus nostris:* quinque psalmos psallant pro ipsis.

CXXIX. Sancto quoque menna una die
ante festivitatem sancti martini faciant tres lectiones et, si in die dominico evenerit, invitatorium cantent de die dominico et octo lectiones legant. In tertio nocturno agant e sancto.

---

[1]) Verba „lectiones“ usque „inponantur“ in rasura.

[2]) In textu: „Quarto Nonas novembris officium fiat pro cunctis fidelibus diebus septem pro cunctis familiaribus.“

Ad capitulum legant evangelium ex die dominico et missam matutinalem dicant de sancto.

CXXX. Vigilia sancti martini. Adornent totum monasterium sicut][in vigilia omnium sanctorum. Altare, quod est suo nomini dicatum, adornetur parietibus cortinis. Refectorii procuratores accipiant bancalia atque mantiles ad ornandam ipsam aedem. Jejunium aliud non agitur, nisi quod solitum est in cotidianis diebus. Ad vesperam duodecim cerei ante aram sint, retro decem. Capitulum, *Ecce sacerdos magnus.* Responsorium, *Domine si adhuc populo tuo.* Hymnus, *Rex Christe Martini.* Duo sacerdotes circumdent se cappis, qui reportent incensum in altaria, et duo conversi in albis adsint, qui deferant ad fratres. *O martine o pie,* Antyphona tertio ab omnibus repetatur. Collecta, *Deus, qui conspicis.* Ad stationem responsorium, *Martinus abrahae,* oratio dicatur de ipso in tono. Vesperas peracta, unusquisque fratrum duos pedules ad lectum invenire debet praeparatos ad camerarios. Ante nocturnos priusquam sonentur, accendant coronas et cum expletum fuerit canticum graduum, accendant tres candelas ante altare et retro unam. Ad invitatorium vestiantur quattuor fratres in cappis. Ymnus, *Rex Christe.* Lectiones totae legantur de ejus vita. Responsoria duo et duo decantent.[1]) Ad cantica accendantur quindecim candelae in pertica; ante aram novem, similiter retro. Evangelium non pronuntietur. Responsorium duodecimum post gloriam a capite recipiant. In matutinis laudibus, ymnus, *Martine par apostolis.* Ad missam matutinalem[1]) una collecta tantummodo dicatur. Ad majorem omnes fratres sint in cappis, et duodecim cerei ante altare, retro decem. Officium octo, responsoria quattuor, Alleluja sex procurentur: post missam sonent omnia signa: in horis tres candelae accendantur, et post unamquamque dicant hunc[2]) versum: *Martine par apostolis.* Ad finem ymni post prandium, cum exierint de refectorio infantes, veniant in loca sua in choro, et ilico ut sacerdos dixerit, *Et ne nos*, infantes, qui lecturi sunt in refectorio exeant, et statim sonet signum et incipiant nonam servitoribus

[1]) Rasura. [2]) In textu: huic (!).

remanentibus, et ipsi post sumptum cibum nonam dicant. (Servitoribus remanentibus et ipsi post sumptum cibum nona cele-
fol. 74v bratur)[1]), postmodum non revertantur ad bibendum][in refectorium, usque ad festivitatem sanctae mariae. Ad vesperam inluminentur duodecim cerei ante aram, retro decem. Antyphonas ante aram: antiphonas dicant de illis, quae in obsequium matutinale fuerunt.

Infra octavam ejusdem magnifici, invitatorium, *Regem Confessorum*. Ymnus, *Rex christe martini*. Antiphonae de eadem festivitate dicantur ita videlicet, ut ad nocturnas una sex psalmi modulentur antiphonae. Lectiones autem mediocres legantur de prophetis. Responsoria cantent de ipso beato: genua non flectant super formulas. Psalmi familiares nec canantur; sed mox ut nocturnale obsequium expletum habuerint, officium mortuorum est agendum, deinde matutinas ipsorum; et tunc sonent signum, et inchoent matutinam laudem, et per unamquamque diem dicant unam antiphonam per ordinem, sicut inserte sunt in autentico, et quinque psalmos de festivitate cantent, post suffragia sanctorum. Expleta veniant in alterum chorum, et dicant matutinas sanctorum, et *Deus auribus nostris*, atque quinque psalmos pro defunctis; psalmodiaque ipsa consuetudinaria perfinita licitum est fratribus ad lectulos revenire, si dies adhuc non est. Secretarii recolligent ornamenta ecclesiae, postquam seniores reversi sunt in dormitorium. Ad primam septem psalmos et laetaniam, deinde missam pro defunctis. Post capitulum usque ad tertiam loquantur in claustra. Ante missam laetaniam dicant. In horis antiphonas, quae fuerint de laude promant. Vesperam sub una antiphona, quae super nocturnas habetur terminent, et quattuor psalmos, quae diatim veniunt, ex feria dicant.

Si dominica dies infra octabas evenerit, Invitatorium, antiphonae, vel responsoria sive lectiones de sancto martino dicantur tali ratione ut una sex psalmi terminentur. . . . antiphona similiter et cantica. . . .

Si festivitas
in octabis evenerit infra, unde tres agendae sunt lectiones,

---

[1]) Sic legitur in textu.

quantum aliis temporibus de feria, tantum additur de octava.

CXXXI. In festivitate Sancti Britii. Ad vesperas psalmi cum antiphona de octava dicendi sunt, omnia, quae secuntur, de sancto britio. Postea][non dicatur oratio et antiphona de sancto martino. Ad nocturnalia obsequia lectiones octo de ejus vita legant. Responsoria unius confessoris assumant. In tertia vigilia IIII^or lectiones ex homelia gregorii papae, *Homo quidam peregre.*[a] In matutinis laudibus in evangelio post orationem dictam repetant antiphonam de sancto martino cum *Gloria,* et matutinalem missam ex eo dicant. Majorem vero suo tempore impleant de pretestato beato. Vespere celebrentur in ejus laudem, sicuti moris est peragere unius confessoris. fol. 78r

CXXXII. Octava sancti martini deifici. Ad invitatorium induantur albis duo fratres. Antiphona, *Adoramus Christum Regem.* Lectiones octo de ejus vita, consequenti itidem tempore responsoria promant de suis propriis, *Hic est martinus.* In tertio, legant homeliam ex evangelio, *Sint lumbi vestri.* Missam caelebrent honorifice sicut superius intulimus, et sequentiam melodient in eadem die. Ad vesperas antiphona, *Martinus adhuc.* Antiphona, *Sanctae trinitatis.* Antiphona, *Ego signo crucis.* Antiphona, *Confido in domino.* Capitulum et responsorium de confessoribus. Ymnus et oratio de ipso beato.

In crastino de sancto patre obdone hujus loci pastore faciant XII^ci lectiones sicut consuetudinis est prosequere unius confessoris. Oratio, *Intercessio nos quaesumus domine.*

CXXXIII. In festivitate sanctae ceciliae. Ad vesperum capitulum, *Confitebor tibi domine rex.* Responsorium, *O beata cecilia.* Oratio, *Deus, qui annua.* Ad stationem responsorium, *Dum aurora finem daret.* Lectiones legantur ad nocturnale obsequium de ejus passione, *Humanas laudes et mortalium infulas.*[b] In tertio nocturno homelia sancti gregorii papae de expositione sancti evangelii, *Simile est regnum caelorum decem.*[c] Ad stationem responsorium, *Domine jesu christe pastor,* et oratio ipsius beatae. Missam caelebrent veluti sacramentorum continet conscriptio. Ad vesperam antiphonae de his, quae super

(a) P. L. LXXVI, 1105.

(b) Mombritius I, 118.

(c) P. L. LXXVI, 1118.

nocturnos habentur, decantent, et repetant antiphonam cum *Gloria* de sancto clemente.

CXXXIV. In sancti clementis festivitas. Ad invitatorium sint duo fratres in albis. Lectiones octo de ejus passione, *In diebus illis totius romane ecclesiae praefuit episcopus clemens.* Responsorium, *Oremus omnes.* In tertio nocturno homelia sancti gregorii papae de evangelio, *Homo quidam*
fol. 75v *peregre.*[a] Missa][canatur sicut sacramentorum liber de ejus die continet. Vespere faciat sicut mos est in natalicio unius confessoris agere.

(a) P. L. LXXVI, 1105.

CXXXV. Vigilia sancti Andreae. Missam matutinalem de sancto saturnino agant: officium namque, et omnia alia sicut mos est ex uno martyre agere, adjungentes collectam mortuorum. Nona hora veniente caelebrent sacrae de apostolo quemadmodum in ejus vigilia continetur in sacramentorum libris, adjungentes orationes vivorum veluti aliis diebus. Adeps nec commedatur ipso die. Post nonam procedant ad edendum. Elemosinarius accipiat quicquid ex pane et vino remanserit fratribus. Secretarii, dum seniores fuerint ad reficiendum, decorent presbiterium atque chorum. Ad vesperas accendantur quinque candelabra ante altare. Capitulum, *Benedictio Domini super.* Responsorium, *Mox ut vocem Domini.* Sacerdos induatur cappa ad deferendum turibulum per altaria. Antiphona non triumphatur. Ad vitatorium duo fratres esse circumdati cappis debent. Lectiones octo, *Omnes presbyteri.*[b] Quartum, octavum, duodecimum responsorium duo decantent ante altare. Missam matutinalem de ipso, et omnes collectae promantur, quae solitae sunt. Ad missam majorem omnes sacerdotes atque levitae coornent se cappis, etiam conversi, qui cantare valent. In altare majore duo pallia et album superponant. Septem cerei ardeant ante altare, cum illis, quos conversi deferunt, et retro tres. Officium sex teneant. Epistola ipsius diei congruent. Responsorium tres decantent, Alleluja quattuor; offertoria duo accipiant. Expleta missa sonentur signa omnia. In horis dicantur versicula, quae super nocturnale obsequium fuerunt, et per unamquemque horam tres candele accendantur. Ad vesperas antiphonae, quae super nocturnale fuerunt, assumantur, *Vidit Dominus Petrum,* et

(b) Surius VI, (1575) 619.

aliae: psalmi de apostolis decantentur, et quinque candelae illuminentur ante altare, retro tres. Ipso namque die refectorii tabulae cooperiantur hora decreta.

Si sancti Andreae festivitas ante adventum evenerit, sabbato tota vespera de sancto][Andrea dicatur, et postea de adventu domini antiphona promatur cum *Gloria Patri*, *Ecce nomen Domini.* fol. 7r

Per octavam ejusdem apostoli nihil ex eo agitur, sed omnia feriato.

CXXXVI. In octava sancti Andreae ad vitatorium duo sint in albis. Lectiones octo legantur ex ipso: *Tanta ac talis est scripturae divinae sublimitas.*[a] Responsoria decantentur ex ordine, sicuti in festivitate ejus in autentico prenotate sunt, et missa similiter in libro sacramentorum. Ad vesperas antiphonae atque psalmi sicuti supra habentur.

(a) P. L. XCIV. 256. Ven. Bedae presb. hom. XXIII in Natale S. Andreae Apostoli.

Si haec namque festivitas octavae venerit in sabbato dominique adventu, vespere faciant de apostolo. Capitulum vel responsorium atque ymnus de adventu, necnon et orationem dicant; dein recapitulent antiphonam in honorem apostoli cum *Gloria.*

Qualiter agendum est in anniversaria consecrationis Basilicae.

CXXXVII. In dedicatione namque basilicae ante vesperas coadornata sint universa altaria, et per unumquodque singulae candelae coaptentur. Ad majorem vero aram quinque in anteriora, et tria posteriora, et testes evangelii super ipsam aram. Capitulum, *Vidi civitatem sanctam.* Responsoria duo ex fratribus, *Fundata est.* Ymnus, *Urbs beata.* Duo sacerdotes cappis adornent se, ut altaria aromatizent, tam in hac hora, quam in matutinales vel vespertinales advenientes. Collecta, *Deus qui nos per singulos.* Ad stationem responsorium, *Bene fundata est.* Tum sacerdos dicat versum, *Domus mea. Dominus vobiscum.* Orationes ad ipsum diem pertinentes. Ante nocturnale obsequium sit per unumquodque

altare singula candela. Canticum graduum expletum, tres adjungantur ante majorem;[1]) et singula posteriora ipsius. Ad invitatorium duo fratres sint cappis circumdati; ipsum, *Domum Dei decet sanctitudo.* Ymnus, *Urbs beata.* Lectiones atque responsoria ad ipsum diem convenientia; quartum, octavum, duodecimum a duobus decantentur. Ad cantica antiphona, *Hodie huic domui.* Cantici e psalmis, *Laetatus sum. Nisi Dominus. Lauda hierusalem dominum:* Tunc adjungentur majori altari duo luminaria anterius, similiter et posterius, in pertica quindecim. In laudibus responsorium breve pueri de-
fol. 76v cantent][ad gradus. Ymnus, *Angularis fundamentum.* Ad stationem responsorium, *Domum tuam decet,* et oratio ipsius diei. Tres candelae accendantur ad horas. Missam matutinalem agant in oratorium sanctae mariae. Ad majorem universi sacerdotes atque diaconi debent esse vestiti cappis. Candelabra quinque ante aram, et posteriora tria. Infantes quippe omnes sint tunicis adornati. Officium, *Terribilis est.* Oratio, *Deus qui nos per singulos annos.* Epistola, *Vidi*
(a) Apoc. XXI, 2. *civitatem sanctam.*[a] Responsorium, *Locus iste a deo est.*
(b) Luc. XIX, 2. *Alleluja, Adorabo.* Evangelium, *Erat vir nomine;*[b] in refectorium tabulae cooperiantur. Ad vesperam antiphona, *Erit mihi dominus.* Psalmus, *Dixit dominus.* Antiphona, *Cum evigilasset.* Psalmus, *Laetatus sum.* Antiphona, *Non est hic aliud.* Psalmus, *Nisi dominus.* Antiphona, *Vidit Jacob.* Psalmus, *Lauda hierusalem.* Ymnus, *Urbs beata.* Oratio, *Deus qui nobis per singulos annos.*

CXXXVIII. Item quando ipsa caelebritas advenerit in septuagesima seu sexagesima omnia faciant quemadmodum praenotatum est: et hoc quidem adjungant ad missam: Diaconus atque subdiaconus induant se casulis, *Gloria in excelsis Deo* non personet. Responsorium, *Locus iste a Deo.* Tractum, *Qui confidunt. Ite Missa est,* nec imponat. Sequitur: si vero infra quinquagesimam[1]) aut in novissimo adventaverit, sicut mos est facere illis festis, quae in albis caelebrant, ita et in ista agantur.

[1]) Rasura.

Annalis ritus festis hos serva diebus.

CXXXIX. Annalium festivitatum morem, D. Odilo abba cum fratribus decrevit taliter observandum, videlicet ut dies natalis domini nostri, resurrectionis dies, etiam pentecosten et dies natalis summorum apostolorum petri et pauli, Assumptionis sanctae mariae uno more caelebretur: totum monasterium ornabitur; fratres duo et duo omnia responsoria pronuntiabunt; duo turibula ad vespertinale ac matutinale officium deferentur, et ad nocturnale unum; ante nocturnale obsequium omnia signa bis pulsabuntur: Invitatorium a quattuor fratribus decantentur: terna quoque pocula fratribus propinentur singulis, excepta cotidiana portione vini.

Item: diem apparitionis Domini, ypopanti, ascensionis,][fol. 77r nativitas sancti johannis baptistae, uno modo agentur. Omnia responsoria a duobus cantoribus pronuntiabuntur, invitatorium a quattuor: ad vespertinale et matutinale officium, ad canticum de evangelio bina turibula deportabuntur, medietas etiam aecclesiae ornamentis decorentur.

Translatione sancti benedicti, in festivitate sancti petri, quod est in Kalendis augusti, nativitate quoque sanctae mariae, festivitate quoque sancti michahelis et sancti andreae, patris quoque majoli, medietas tantum basilicae exornetur et ad matutinale et vespertinale officium unum tantum turibulum circum feratur et IIII^{tu} tantum responsorium a duobus cantoribus dicatur.

Porro festivitates omnium sanctorum, sancti martini, sicut festivitas apostolorum petri et pauli per omnia agantur, praeter signa, quae solent bis pulsari ante officium nocturnale, quae hic semel percutienda sunt, et quod semel miscetur fratribus in refectorio.

Odilo monachorum ductor et abbas.

CXL. Decretum est etiam a supradicto patre domno odilone una cum consensu et rogatu omnium fratrum clunicensium, ut sicut in ecclesiis dei, quae per orbem terrae longe

lateque constructae sunt, in die Kalendarum novembrium agitur festivitas omnium sanctorum, ita apud nos agatur festivo more commemoratio fidelium defunctorum: tali modo, ut ipsa die post capitulum decanus et cellerarius refectionem tribuant omnibus supervenientibus pauperibus, sicut mos est agi in caena domini, et quicquid ipsa die de refectorio remanserit Elemosinarius accipiat. Ipsa etiam die post vespertinalem sinaxim pulsatis omnibus signis canatur vespera pro defunctis. Similiter et in crastino pulsatis denuo signis agatur officium pro defunctis. Missa etiam matutinalis agatur sollempniter pro defunctis. Tractum cantent duo fratres; cuncti offerant privatim, et publice missam caelebrent pro requie omnium animarum fidelium: et duodecim pauperes reficiantur. Et ut hoc decretum perpetuum vigorem obtineat, volumus et peti-
fol. 77v mus,][et praecipimus tam in hoc loco, quam in cunctis locis ad istum locum pertinentibus servetur, et si aliquis ex ista nostra fideli inventione sumpserit exemplum, particeps omnium bonorum efficiatur votorum.

Fratribus instituit novembris ista Kalendis.

CXLI. Ergo Ana-
liter omnium memoria christicolarum semel in anno agimus: monuimus et praecipimus et dignum profecto ducimus, ut pro nostrorum fratrum animabus sub alma benedicti forma[1]) in caenobiis deo militantium in divinis aliquid obsequiis plus more solito augeamus; necnon, ut memoria cari nostri imperatoris heinrici cum ejusdem praecipuae caelebretur, constituimus scilicet ad vigiliam mortuorum post psalmum, *Ad dominum cum tribularer,* qui post lectiones recitatur, *Domine quid multiplicati sunt* dicamus. Ad matutinas vero laudes post, *De profundis, Usquequo domine;* ad vesperas, *Lauda anima mea dominum, Nisi quia dominus,* ad *Deus auribus nostris,* post, *Domine refugium, Dominus regit me,* ad laetaniam, *Judica me deus.* Et ita divina favente gratia, ut . . . misimus eorum agatur memoria per omnia futura tempora, tam in hoc loco, quam in omnibus adhuc respicientibus.

---

[1]) In margine: norma.

Cum labor est manuum ad talem currite ritum.

CXLII. Cum ad opus manuum exituri sunt fratres, statim post primam dimissis familiaribus et septem psalmis sacerdos incipiat laetaniam. Qua dicta, sed et matutina missa finita peractoque capitulo simul exeant, et dum illuc, ubi fieri debet opus, venerint, prior incipiat versum, *Deus in adjutorium meum intende*. Quo respondentibus aliis dicto tertio, dicatur *Adjutorium nostrum in nomine Domini,* et deinceps qui[1]) acturi sunt opus incipiant. Cumque psalmos familiares cum cantico cursu dixerint sicut et cum se radent agere soliti sunt, legatur ibi lectio de libro quo legitur in refectorio, si talis est qui tamen ad aedificationem pertineat; et frater, qui ad servitores illa legit ebdomada, portare debet illuc librum sicut in refectorium; et prior, vel cui injunxerit ipse sermone faciat de lectione, fratribus interim quiescentibus. Iterum opus incipiant et psalmodiam, quam cum armario prior invenerit, quibus solummodo loqui licitum est ibi; donec revertendi tempus][occurrerit, cantent. Cum autem reversi fuerint in fol. 79
claustrum, dicto versu statim loquantur. Tali modo, cum post nonam opus manuum agressuri sunt, faciant.

Exeuntes autem post nonam familiares psalmi de vespera primitus decantent; sed et de omnibus sanctis, et mortuorum vesperas cum officio, et *Deus auribus,* et faciant ante et retro, postea *Adjutorium nostrum*. Tunc solummodo inclinentur. Reversique de collatione legant lectio; sermone etiam breviter facto, dicto versu loquantur.

Sed cum in die semel exituri sunt ad opus manuum, cum reversi fuerint in claustrum, de collationibus, vel vita patrum lectio, sermone etiam facto, dicto versu colloquantur.

Si ad pistrinum vadunt psalmodiam de prima propterea non dimittunt. Neque revertentibus lectio legitur, sed solummodo dicto versu lotis manibus ad ecclesiasticum opus aptentur.

Explicit primus liber bone consuetudinis atque monastice rectitudinis. Incipit liber secundus.

---

[1]) In textu: quod.

In cotidianis diebus procurandum secundum regulam sancti benedicti.

Inprimis metrice dictus.

Quisquis ad aeternum mavult conscendere regnum
Debet ad astrigerum mente subire polum
Religione pia vitae perquire callem,
Scandere quo valeat aurea regna celer.
Est Monachis usus Benedicti vita patrisque
Perfectis plano et suavi tramite vita:
Aspera sed pueris nec non tyronibus arta
Quos aluit gremio lactea vita diu.
Patribus a nostris in sacro carmine legis
Haec est vita bonis, necnon et norma salutis:
Haec bene materno natos castigat amore,
fol. 78v Arguit erudiens, et sine felle manens:][
Librat et aequiparat et moderando minat:
Arguit, obsecrat, increpat, atque libenter emendat.
Debet et ulterius nulla lavanda pati,
Et via per medium regia ducat eum.
Hortantur sacrae munia legis eum:
Scandere tunc poterit regna beata poli
Quisquis amat rutilos sanctorum carpere fructus,
Noctibus in cunctis consocietur eis;
Moribus ornatus et casto corpore comptus
Vivat, et a Domino semper amatus erit.
Sit tacitus humilis, mitissimus atque benignus:
Sit patiens, sobrius, providus atque pius.
Indolis et docilis sapiens et mente pusillus,
Compunctus, placidus et bene cautus eat.
Excitat interea cordis compunctio fontem,
Qui sordes animae inluviesque lavet
Chrismate perfuso: lacrymarum fusio fontis.
Aequiparat maculas, tergit ut·ille nigras
Tergit, et ablutos paradisi rite colonos
Efficit, ut habeat jam sine fine cives
Qui jugiter laudis possint persolvere grates
Vivere cum Domino semper, et esse suo.

I. Ecclesiae longitudinis CXL pedes, altitudinis XL et tres, fenestrae vitreae CLXta. Capitulum vero XL et V pedes longitudinis, latitudinis XXXta et IIIIor. Ad oriente fenestrae IIIIor; contra septemtrionem tres. Contra occidentem XIIci balcones, et per unumquemque afixe][in eis duae co- fol. 79r lumnae. Auditorium XXXta pedes longitudinis; camera vero nonaginta pedes longitudinis. Dormitorium longitudinis Ctū LXta pedes, latitudinis XXXta et IIIIor. Omnes vero fenestrae vitreae, quae in eo sunt XCta et VIIte et omnes habent in altitudine staturam hominis, quantum se potest extendere usque ad summitatem digiti, latitudinis vero pedes duo et semissem unum; altitudinis murorum XXti tres pedes. Latrina[1]) LXXta pedes longitudinis, latitudinis XXti et tres; sellae XL et quinque in ipsa domo ordinatae sunt, et per unamquamque sellam aptata est fenestrula in muro altitudinis pedes duo, latitudinis semissem unum, et super ipsas sellulas compositas strues[2]) lignorum, et super ipsas constructionem lignorum facte sunt fenestrae Xcē et VIIte, altitudinis tres pedes, latitudinis pedem et semissem. Calefactorium XXti et Ve, pedes latitudinis, longitudinis eademque mensura.[2]) A janua ecclesiae usque ad hostium calefactorii pedes LXXV. Refectorium longitudinis pedes LXXXXta, latitudinis XXV; altitudinem murorum XXti tres, fenestrae vitreae, quae in eo sunt ex utraque parte octo, et omnes habent altitudinis pedes V, latitudinis tres. Coquina regularis XXXta pedes longitudine, et latitudine XXti et V. Coquina laicorum eademque mensura. Cellarii vero longitudo LXXta, latitudo LXta pedes.

---

[1]) Rasura.

[2]) Correctura.

Aelemosynarum quippe cella pedes latitudinis X^{ce}, longitudinis LX^{ta} ad similitudinem[1]) latitudinis cellarii. Galilea longitudinis LX^{ta} et quinque pedes et duae turraes ipsius galileae in fronte constitute; et subter ipsas atrium est ubi laici stant, ut non impediant processionem. A porta meridiana usque ad portam aquilonarium pedes CCLXXX^{ta}. Sacristiae pedes longitudinis L et VIII cum turre, quae in capite ejus constituta est. Oratorium sanctae mariae longitudinis XL et quinque pedes, latitudinis XX^{ti}, murorum altitudinis XX^{ti} et tres pedes. Prima cellula infirmorum latitudinem XX et
fol. 79v VII^{te} pedes, lon][gitudinem XX et tres cum lectis octo et sellulis totidem in porticum juxta murum ipsius cellulae de foris, et claustra praedictae cellulae habet latitudinis pedes XII^{ci}. Secunda cellula similiter per omnia est coaptata. Tertia eodemque modo. Similiter etiam et quarta. Quinta sit minori ubi conveniant infirmi ad lavandum pedes die sabbatorum: vel illi fratres, qui exusti sunt ad mutandum. Sexta cellula praeparata[1]) sit ubi famuli servientes illis lavent scutellulas, et omnia utensilia. Juxta galileam constructum debet esse palatium longitudinis C^{tu} XXX^{ta} et V^{q} pedes, latitudinis XXX^{ta}, ad recipiendum omnes supervenientes homines, qui cum equitibus adventaverint monasterio. Ex una parte ipsius domus sunt praeparata XL^{ta} lecta et totidem pulvilli ex pallio, ubi requiescant viri tantum, cum latrinis XL^{ta}. Ex alia namque parte ordinati sunt lectuli XXX^{ta} ubi comitisse vel aliae honestae mulieres pausent cum latrinis XXX^{ta}, ubi solae ipsae suas indigerias procurent. In medio autem ipsius palatiis affixae sint mense sicuti refectorii tabulae, ubi aedant tam viri quam mulieres.

In festivitatibus magnis sit ipsa domus adornata cum cortinis et palliis et bamcalibus in sedilibus ipsorum. In fronte ipsius sit alia domus longitudinis pedes XL^{ta} et V, latitudinis XXX^{ta}. Nam ipsius longitudo pertingant usque ad sacristiam, et ibi sedeant omnes sartores atque sutores ad suendum, quod camerarius[1]) eis praecipit. Et ut praeparatam habeant ibi tabulam longitudinis XXX^{ta} pedes, et alia tabula

---

[1]) Rasura.

afixa sit cum ea, quarum latitudo ambarum tabularum habeat VII^{to} pedes. Nam inter istam mansionem et sacristiam atque aecclesiam, nec non et galilaeam sit cimiterium, ubi laici sepeliantur. Ad porta meridiana usque ad portam VII^{tem} trionalem contra occidentem sit constructa domus longitudinis CC^{to} LXXX^{ta} pedes, latitudinis XX^{ti} et V, et ibi constituantur stabule equorum per mansiunculas partitas, et desuper sit solarium, ubi famuli aedant atque dormiant, et mensas habeant ibi ordinatas longitudinis LXXX^{ta} pedes, latitudinis vero IIII^{or}. Et quotquot ex adventan][tibus non possunt fol. 80r reficere ad illam mansionem, quam superius diximus, reficiant ad istam. Et in capite ipsius mansionis sit locus aptitatus, ubi conveniant omnes illi homines, qui absque equitibus deveniunt, et caritatem ex cibo atque potum in quantum convenientia fuerit ibi recipiant ab elemosynario fratre. Extra refectorium namque fratrum LX^{ta} pedum in capite latrine sint cryptae XII^{cim}, et todidem dolii praeparati, ubi temporibus constitutis balnea fratribus praeparentur; et post istam positionem construatur cella novitiorum, et sit angulata in quadrimodis, videlicet prima ut meditent, in secunda reficiant, in tertia dormiant, in quarta latrina ex latere. Justa istam sit depositam alia cella, ubi aurifices vel inclusores seu vitrei magistri conveniant ad faciendam ipsam artem. Inter cryptas et cellas novitiorum atque aurificum habeant domum longitudinis C^{tum}, XX^{ti} et quinque pedes, latitudinis vero XX^{ti} et quinque et ejus longitudo perveniat usque ad pistrinum.[1]) Ipsum namque in longitudinem cum turrem, quae in capite ejus constructa est, LXX^{ta} pedes, latitudinis XX^{ti}.

Quomodo agendum sit de Novitiis.

II. Mox ut ipsi exierint de cella novitiorum, vel antea in claustro fuerint, ad capitulum non sunt introducendi, nisi quando abbas jusserit. Mox ut ipse in capitulo finierit sermonem, veniant, et inquirant uniuscujusque voluntatem. Sed tamen ante habeant ipsi omnia sua facinora patefacta. Tunc capellis de tunicis ablatis in ecclesia tamdiu sedeant

[1]) In textu „pristinum“, in margine correctum: pistrinum.

quoadusque ad consecrationem venerint. Verbi gratia: si fratres reficiunt sexta hora, ilico ut dicta fuerit tertia, faciat. Si vero nona, mox ut dictae fuerint litaniae veniant novitii ante altare et stent per ordinem quemadmodum venerunt, et legat unusquisque suam professionem. Si non scit, alius subrogetur, qui pro se faciat. Ipse tamen novitius signum faciat, et super altare imponat. Deinde non habeat licentiam auferendi; ex tunc dicant hunc versum, *Suscipe me Domine,* per vices, et semper genua flectant; adjungentes *Gloria Patri,*
fol. 86v volven][tes tertia vice se supra sua genua in girum, et tunc prosternant, se omnes per ordinem. Tunc abbas habeat stolam et stet ex latere dextro altaris, et dicat, *Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos.* Et psalmum, *Miserere mei Deus,* qui dicendus est ab omnibus usque ad finem. Dein capitula et orationes sicut in codice habentur. Et statim ut fuerint finitae, tunc surgant ipsi novitii, et abbas benedicet cucullas et aspargat aquam benedictam super ipsas. Ex hinc veniat ad ipsos et incipiat dicere hunc versum, *Exuat te veterem hominem dominus.* Tunc induatur cuculla et dicat, *Induat te Dominus.* Et osculetur eum abbas et omnes per ordinem fratres. et maneant velati usque ad tertium diem. Ad offerendam omnes velati procedant, pacem accipiant, et eant ad communicandum. In ultimo loco stent in choro atque refectorio. Ad capitulum mox ut dictum fuerit aliquid ex nostro usu, *Rememoramini,* tunc apprehendat illos frater, qui sollicitudinem gerat super eos, et extra capitulum ducat, atque in ecclesia collocet. Hoc faciat usque in tertium diem, in quo abbas agat missam, et post pacem velamentum cum adjutoribus auferat et communionem tribuat. Deinde in capitulo vel locis omnibus socientur fratribus. Nam et ipsi novitii primo anno non loquantur cum ullo homine sine sua custodia, nec cum ipsis fratribus, qui claustrenses sunt, nisi cui jussum fuerit. Nam et ipse custos[1]) sedeat inter ipsum et eum, qui cum illo loqui cupit. In capitulo non praesumat loqui nisi de aliqua causa interrogatus fuerit usque annum transactum seu quinquennium.

---

[1]) In textu: custus.

Ad ordinandum abbatem.

III. Primum eligitur ab omni congregatione in praesentia episcopi ejusdem dioecesis et senioris, ad quem abbatia pertinet, absque ullo munere[1]) vel pecunia, quia *maledictus qui dat, maledictus qui accipit.* Tunc percepta ab eo donatione et roborata ab omnibus electione, incipit episcopus antiphonam, *Confirma hoc deus, quod etc.* Quem subsequitur][omnis chorus fol. 81r psallentium canendo excelsae psalmum, *Exurgat Deus.* Sicque cum tanto triumpho tenens episcopus eum, qui ordinandus est, manu[1]) deducat eum in secretarium, remanentibus aliis in choro atque psallentibus. Cum vero, *Exurgat deus* fuerit cantatus, dicatur oratio. Oremus, *Actiones nostras.* Tum revestiant se episcopus et electus, veniant uterque ante altare, et legitur iterum electio in ambone, ut audiatur, et roboretur a monachis, et a clero, et ab universis utriusque sexus. Tunc stratis ante altare tapetibus prosternant se simul pontifex et qui ab[1]) eo benedicendus est[1]) abbas, incipiuntque, qui in choro stant, septem paenitentiales psalmos, subjungentes laetaniam non prolixam, sed sub brevitate.[2]) Quibus decursis dum novissimum, *Kyrie eleyson* dixerint, et orationem dominicam impleverint, erigat se solus pontifex, prostrato eo qui benedicendus est, ita dicat, *Et ne nos inducas in tentationem.* Cap. *Salvum fac servum tuum. Mitte ei deus. Hic accipiet benedictionem.*[1]) *Domine exaudi orationem. Dominus vobiscum.* Inde subsequatur benedictio. *Concede quaesumus*[1]) *omnipotens deus, ut famulum. Cunctorum institutor deus. Omnipotens sempiterne Deus affluentem spiritum. Suscipiat te largiente hodie dominus. Deus cui omnis potestas et dignitas. Omnium Deus fons bonorum justorumque.* Qua solempnitate expleta incipiat episcopus aut unus ex abbatibus, qui adfuerint, excelsa voce, *Te deum laudamus.*[1]) Statuentes eum in statione vel loco, qui abbati in choro deputatus est. Cum vero ad secundum versum ventum fuerit, ubi dicitur: *Te aeternum patrem omnis terra veneratur,* incipiant eum osculari cuncti fratres congregationis per ordinem, reverenter petentes ei veniam.

---

[1]) Rasura.

[2]) In textu: brebitate.

Isto quippe ordine revestire se debent episcopus et abbas in hac ordinatione albis, stolis et cappis, teneatque episcopus baculum suum in manu, et idem baculus, quem abbati debet dare, sit juxta abbatem in tapete, dum prostratus jacet ad consecrandum.[1]) Consecratus[1]) autem accipiat eum de manu episcopi haec verba dicentis. *Accipe baculum pastoralis officii, ut sis in corrigendis vitiis seviens; et cum iratus fueris misericordiae memor eris.*

Vestibus fratrum mensuram hanc serva tuorum.

IV. Vestimentis fratrum mittit sanctus benedictus in prudentia abbatis, ut sint mensurata. Qualis autem sit illa mensura secundum patrum diffinitionem quantum possumus indagamus. Cuculla, quae nostro singulariter convenit ordini, quod vestimentum antiquitus vocabatur colobium, id est tunica sine manicis: tantum debet habere latitudinis, ut ambobus convenienter aptetur cubitis; longitudinis vero tantum antea, quod ad callum[2]) pedis usque pertingat; et sit apta corpori, ut sit ex omni parte rotunda. Capellum ipsius praeter limbum integrum virilis pedis ex omni parte quadratam debet continere mensuram: apertura superior habeat cubitum usque ad pollicis summum, inferior cubitum integrum, et trium digitorum; in ante appareat latitudo cucullae capitio. Similiter autem subtus circa pedes tunica debet esse rotunda qualitate mensurata, sagittas vero vel gerones tantum habeat, ut iter gradientes vel superfluitate vel parcitate non impediat; cujus manice debent ex utraque parte ad secundos digitorum nodos usque pertingere. Staminia talem debet mensuram habere ut possit callum[2]) pedis cincta contingere. Similiter autem sicut cucullae subtus apertura cubito terminetur.

Capitium habeat pedem integrum, similiter et manica parte latiori: contra manum vero, quo manere solet, angustior, e radice pollicis usque terminum indicis extendatur. Corrigia, qua cingitur staminia, postquam fuerit bene extenta, latitudinem in se pollicis habeat. Cultellum inter ferrum et manubrium

---

[1]) Rasura.
[2]) In textu: „collum".

trium adjecta latitudine digitorum habeat pedem dimidium. Femoralia, quae sanctus benedictus concessit iter agentibus, quia nunc temporis incertum est qui vel quali tempore foris mittantur, omnibus conceduntur, taliter mensurentur, ut in longitudine corpori possint convenienter aptari, latitudine vero pars utraque, sicut esse solet dupla, cubitum usque ad pollicem habeat jam consuta. At vero calige pedem integrum superius habeant jam consutae, quae fiant etiam longae, ut secundum staturam hominis][quod in omnibus procurandum fol. 85r
est vestimentis cruribus convenienter aptentur, quae de summo usque ad pedem taliter constringantur, ut cum superius pedem habent integrum, inferius dimidium. Cesta caligae cum fuerit assuta debet esse tam longa quo possit intra pugnum fieri constricta; calcei altitudine, praeter lymbum qui assuitur, habeat pedem dimidium, anteriori vero parte latitudinem trium digitorum nodos. Pedules similiter mensurati sint, ut possint pedibus sufficienter aptari.

De priore monasterii.

V. Cum prior fuerit electus ab omnibus fratribus, post capitulum surgant omnes eantque in ecclesiam. Dein tunc ille, qui exiturus est ab ipso opere, dicat tertio omnibus repetentibus hunc versum ante altare, *Benedictus est dominus deus*, et accepta benedictione illa, quae dicitur, quando ab aliquo opere absolvuntur fratres, et sic recedat. Procedat tunc ille, qui intraturus est in antea, et dicat tertio omnibus audientibus hunc versum, *Deus in adjutorium meum intende*, et accepta illa benedictione quae dicitur, cum in aliquo opere ordinantur fratres, et sic ipsum officium administret. Denique per usum debet stare in aecclesiam ex levo choro, in capitulo austri parte, in refectorio septentrionali parte.

De fratribus in via directis qualiter agatur.

VI. Si pergit frater in itinere, non reversurus diebus duobus aut tribus, accipiat benedictionem. Si necessitatus fuerit, ut in crastino revertatur, et iterum necesse sit pergere, non accipiat benedictionem eundi et revertendi. Item si frater

revertitur de itinere, accipiat benedictionem. Si statim debet pergere accipiat benedictionem ambulandi: si postea steterit[1]) ad unam horam vel duas, accipiat benedictionem revertendi. Itemque si frater venit de itinere accipiat benedictionem redeundi: si statim perrexerit alicubi, et unam noctem dormierit, in crastino non accipiat benedictionem redeundi. In itinere, si pergunt duo conversi, et unus sacerdos, qui junior illorum sit, ubicumque sederint, debet sacerdos sedere in medio illorum.
fol. 82v Quando vero perrexerit unus ex eis][cum sacerdote, semper debet sacerdos sedere super illum, etiam loqui non condecet illum, nisi per ejus licentiam. In revertendo si fuerint ad tres horas, ad completorium dicat super eos, *Miscreatur vestri:* ad domnum abbatem nusquam dicatur.

Item de ipsis fratribus constitutis in itineribus qualiter horas reddant.

VII. Fratres in itinere directi, cum viderint horae tempus, si aptus locus est ibi, ubi directi stant vel perambulant, flectant genua descendentes de equis. Si faciunt de coenobiis genua super formas, et ipsi faciant ubi degunt. Peracta, signum sanctae crucis imprimant in frontibus suis, et non girent, sed tantum petant veniam, et incipiant horam ascendentes in equos, pergentes et horam decantantes. Wantos tollant de manibus suis usque dum finiatur divinum officium. Si aliquas necessitas evenerit, ut aliquid loquatur, psalmos, orationem de ipsa hora iterum a capite reinchoentur. Redeuntes wantos ad suos lectulos singuli possunt habere. In basilica in cryptis quando redeundi sunt orationem faciant prostrati, etiam si duodecim lectiones sunt.

De opera manuum.[2])

VIII. Quando fratres ituri sunt
ad opera manuum, mox, ut prima fuerit finita, inchoentur laetaniam. Post capitulum autem ilico ut surrexerint et tabulam insonuerit, statim incipiatur in primis psalmi familiaris e prima, et eant cantantes pariter omnes, ut nullus sit excusatus, etiam

---

[1]) Rasura. [2]) Videsis lib. I, c. CXLII.

cellerarius, usque ad locum operis. Cum ibi fuerint, stent pueri ordinati in antea, et inclinentur ante et retro[1]). Tunc incipiat prior, *Deus in adjutorium meum intende*, tertio dicendo et *Gloria Patri*. Deinde, *Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Adjutorium nostrum.* Et tunc incipiant opera, et psalmos, ubi eos dimiserant, recipiant cum septem psalmis speciales(!) et quinque pro defunctis.[1]) Postea cursum canonicum cum psalmis familiaribus de horis. Frater ebdomadarius de missa dicat collectas. Si duabus vicibus pergunt, ibi legatur lectio de libro, qui ad prandium legitur, si talis est, ut][haedificet audientes. Frater qui legit ad servitorem debet librum portare, et exponat prior, vel cui ipse jusserit omnibus sub silentio sedentibus. Denuo si visum fuerit priori, ut amplius aliquid operentur, faciant. Dimisso opere in redeundo eant cantando psalmos usque in claustrum, *Beatus vir*, vel qualiter abbas inciperit (!). Cum fuerint ante capitulum dicat prior, *Adjutorium nostrum. Benedicite*, et eat unusquisque ad officia sua[1]) ex hac hora sonet scillam secretarius. fol. 83r

Item, si post nonam reversuri.

IX. Post nonam autem si iterum sunt reversuri mox ut exierint e refectorio venientibus capitulo aefficiant absolutionem sicut caeteris diebus. Dicto, *Benedicte*, faciant ante et retro, et ilico incipiat prior psalmos familiares vespertinales, *Domine exaudi orationem meam. Auribus percipe*, in primis et caeteri. Dein vespere omnium sanctorum, et vespere mortuorum, et officium eorum, et *Deus auribus*, atque quinque psalmos pro defunctis, et sic redeant cantando psalmos, *Ad Dominum cum tribularer* in claustro quamdiu cantent pueri, qui ante praecedunt ad introitum capituli, quousque adunentur cuncti. Ex tunc residentibus ibi puer petat benedictionem, et legat lectionem de libro, quod ad collationem legitur: et jubente prior expleat, tum faciat sermonem. Deinde surgant omnes et faciant reverentiam. Ipse prior dicat hunc versum, *Benedictus es domine deus meus.* Hen(!) faciant quando bis pergunt.

[1]) Rasura.

Item, quando semel pergitur ad opera.

X. Quando semel eunt ad opera per dies, omnia agantur sicut in mane, nisi tantum quod lectione legitur in claustrum et versus dicatur, *Benedictus es.* Psalmi familiares. qui dicuntur in matutinas Laudes matutino omnium sanctorum, vel mortuorum non dicantur nisi in aecclesia.

Item, quando ituri sunt ad pristrinum.

XI. Quando vadunt ad pristrinum psalmos de prima non[1]) dimittant, sed post capitulum abluant manus suas, et inchoent quinque psalmos pro defunctis, et illos de horis canonicis, fol. 83v vi][delicet, *Deus in nomine tuo.* Revertentes non legant lectionem, nisi tantum versus dicatur, *Benedictus es domine deus,* et ante capitulum stent infantes cum magistris, majores in claustro, quod est juxta aecclesiam.

De priore monasterii vel decanis, seu his, qui ordinem tenuerit illis absentibus, vel conversis qualiter absconsa deferatur temporibus suis.

XII. Prior vel decanus claustrensis post completorium accipiens absconsam circumeat claustrum sic per ordinem. Primum calefactorium, postmodum refectorium; dein coquinam: videat si bene circa ipsam omnia acta sunt. Inde vero in cellario, si omnia congrua sunt: ac deinceps a parte helemosynae videat omnes januas si firmate fuerint bene. Postmodum veniens in domum infirmorum videat, si omnia recte aguntur. Si aliquid in claustro negligenter invenerit, in crastinum servetur et ad capitulum deferat. De nocte post ternas orationes eat frater. qui provisor est de infirmis, et videat ne aliquis ex ipsis gravatus somno remaneat in lecto suo. Decanus praefatus vel alius frater, cui injuncta est cura, quam supra nominavimus. eat in dormitorium, ne aliquis ex fratribus remanserit in lectulis per negligentia, vel sopore detentus, et extinguat duas lucernas; tertiam, quae est in dormitorium et necessarium dimittat, et

[1]) Rasura.

jugiter usque mane ardeat. Revertatur in aecclesiam et circumeat criptas[1]) et membra singula, et videat, si aliquis jacet vel sedet praeter infirmos aut fleothomaticos. Si aliquem talem invenerit dormientem, excitet eum: si cum gratiarum actione non reciperit in capitulum quaerelabitur. Eademque faciat in secundo nocturno et laudibus. Illis temporibus quibus intervallum sit, dormitorium et claustrum, et omnia, sicut supra taxavimus, circumeat. In duodecim lectionibus conversus deferat laternam per tertiam lectionem inspiciendo omnes. In cotidianis diebus per unamquamque lectionem debet circumspicere universos. Ille, qui non se voluerit inclinare contra eum, ante ipsum illam ponat, eademque faciat, si alicui inventus fuerit dormitans; mox ille ut suscitatus fuerit, accipiat et eat et inclinet se in medium chorum contra altare veniensque ad chorum][abbatis et denuo se humiliet ad ipsum, et circumeat omnes, et revertatur ex alia parte eadem intuendo. Postmodum circumeat illos, qui de foris sunt; exquaesitus ponat eam in loco constituto. Si ad juvenem fratrem posita fuerit, ille tantummodum chorum circumeat, et ad grados illam restituat. Ad infantes nequaquam.

De his, qui tarde occurrunt in oratorio.

XIII. Si Frater post *Gloriam* primi psalmi venerit, eat ante altare ad gradus et ibi genua sua flectat, et statim surgat, et perstet usque dum absolverit eum prior. Absolutus giret ante et retro veniatque in chorum in locum suum, iterumque veniam petat, surgente omnes fratres inclinent. Si foris pro aliqua infirmitatula steterit, et non occurerit ad *Gloriam* primi psalmi, intret in chorum, ut supra dictum est: absolutus autem exeat foras et petat veniam super genua, et faciat secundum quod infirmitas ei permittit.

Item frater
si venerit ad Horam post *Gloriam* primi psalmi vel qualicumque supervenerit postea, usque ad *Kyrie eleison,* sic debet intraret(!) intus nec totum perdat, et eat in loco constituto

[1]) Rasura.

donec absolvatur. Quod si persteterit ad totam horam, si fratres flectunt genua super formas, ipse faciat super grados. Expleta hora discedat absque jussu.

Culpa levis tali stringatur in ordine facti.

XIV. Fratres, qui pro levi culpa secundum regulam separantur a mensa, sic in oratorio satisfaciant. Cum post psalmodiam ad preces alii se inclinant, vel genua flectunt, ante altare venientes ad gradus se prosternant, donec preces et oratio finiantur. Tunc surgentes inclinentur ante et retro; sic omnibus horis faciant. Si vero festivitas antequam absolvantur evenerit, a vespera usque ad aliam vesperam omni communione fratribus socientur: Missas etiam qui sacerdotes fuerint, et omne quod ad servitium dei pertinet caelebrare possunt. Nullus prior fratri tale debet judicium imponere quamdiu
fol. 84v domnus abbas fuerit in monasterio, sed et si supervenerit,][interim poterit eos per se, priusquam ad domnum abbatem cognitio causae perveniat, prior absolvere. Quod si non fecerit et unam coram ipso veniam petierit, postea non poterit eos prior absolvere. Infantem etiam, qui steterit ante ipsum, non debet magister vel aliquis, quamdiu intus ipse fuerit mittere in judicium jejunii.

Quoscumque pueros magister in judicio miserit, prior potest eos absolvere sine licentia magistri, nullus debet alius quicquam nec signum, nec ullam rem praecipere; sed tamen ille qui tenet ordine, si ei visum fuerit ut absolvantur, signum magistro faciat, ut absolvantur. Si domnus abbas mittit fratrem in judicium, si pergit alicubi obliviscens[1]) eum absolvere, prior non valet absolvere eum. Et quem prior miserit in judicium decanus non potest absolvere eum, nisi per suam licentiam. Frater juvenis, si missus fuerit in levi culpa, qui cum custodia pergit ubique, quando fratres comedunt, ipse sit in coquina. Majores autem fratres stent in aecclesia, vel in oratorio sanctae mariae. Frater missus in leviori culpa aliquot diebus, si in ipsis infra evenerint duodecim lectiones, in vigilia, ut sonuerit scilla ad vesperas, erit absolutus. Post vesperas, si tempus

[1]) Rasura.

fuerit caenae et fratres ierint, eat et ipse cum eis edat et bibat quicquid ei apponitur, etiam si ei vetitus[1]) est potus vel aliquis cibus. In die festivitatis[1]) caelebret missam et agat omnia sicut alii. Si est coquinarius ipsam faciat. Missam adjuvet cantare, sed pacem non recipiet. Si est missus ad candelabrum ferendum, ipsum portet. Si fuerit missus ad responsorium,[1]) non imponat ipse, sed alium subroget, qui ipsum officium impleat.[1]) Transacta festivitate revertatur in suam poenitentiam.

Ast gravis hunc morem monachorum exigit omnem.

XV. Quando
gravem frater aliquis committit culpam, ad praesentiam domni abbatis non debet venire, donec vocatus ad eum fuerit. Si autem ipse fratre nesciente supervenerit, ante ipsum petat veniam donec eum a se ejecerit. Et sic expectet quamdiu ad paeni][tentiam eum domnus abbas mittat. Tunc discalciatus fol. 88v
et nudus in conventum veniat, acceptoque judicio illuc, ubi consuetudo fuerit, veniat, videlicet in auditorio et calciet se atque vestiat et revertatur in capitulum, ante domnum abbatem veniam petat: ipso jubente ingrediatur in paenitentiam, et statim ut ex capitulo exierit operiet capud suum, et sicut regula praecipit sine jussione domni abbatis nullus ad eum frater jungatur.[2]) Quamdiu in penitentia est, non veniat in capitulum, nisi duas vices, ingrediens et egrediens. Quandocumque pulsatur signum ad horam, postquam omnes in aecclesiam venerint fratres, cooperto capite veniat ad hostium aecclesiae, et tamdiu stet erectus, et capite coopertus donec ad preces in choro dicto, *Kyrie eleison* inclinentur fratres. Tunc caput discooperiat, et contra hostium, vel omnium vestigia fratrum prostratus jaceat, donec omnis conventus fratrum exeat. Tunc iterum cooperto capite ad solitarium locum veniat, sicque tamdiu faciat, donec ad reconciliationem in conventum vocatus[1]) fuerit. Egressurus de ipsa paenitentia, iterum nudus et discalciatus veniat in capitulum, ut prius venit: et

[1]) Rasura.
[2]) Regula S. Bened. c. XXV, ss.

accepto judicio surgens vestiat cucullam et tunicam suam et prosternat se abbatis pedibus deinde omnium fratrum, etiam et puerorum et post omnium iterum abbatis pedibus. Nam ipso[1]) praecipiente exeat foras in auditorium, calciet se et vestiat, et revertatur in capitulum, veniam petat ante abbatem, et jubente ipso eat sedere[1]) novissimus. Ex tunc per omnia sicut in regula scriptum est faciat.

De diversis difinitionibus vel qualitatibus, quae agi oportet in cenobiis degentibus.

XVI. Fratres si in estatem post nonam, vel post scillam vespertinalem voluerint bibere absintium cum melle mixtum, dicto, *Pater noster,* sonetque cymbalum prior et eant, et omnia agantur sicuti mos est ad caritatem de collatione, praeter lectionem. Quandocumque haec talis fit caritas ipsa nocte
fol. 85v amplius non est faci][enda alia: numquam in uno die duabus vicibus pulsabitur cymbalum ad caritatem.

Si aliquid apponitur ad mensam de novis frugibus ad benedicendum, primum recitetur de lectione unus versus, deinde dicatur benedictio.

Si frater generalem scripturam facit
per licentiam domni abbatis, ipso jubente potest dimittere psalmos familiares, etiam missam matutinalem et principalem. Haec tria non sunt illi dimittenda, laetania, Offerenda et vigilia Mortuorum.

Fasciolatus non intrabit ullo modo frater in claustrum. Pueri, qui non valent portare caritatem, id est fialas ad mensam, non tergant manus suas ad zallam in die sabbatorum in capitulo.

Potest puer radere suum magistrum si valet.
Puerum, qui ante abbatem comedit, non mittat magister in judicium,[1]) si ipse adest.

Pueri habeant in scola libros, rasoria cum scutellis et ollas ad capita illorum lavanda. Quid plura? Insuper etiam omnia, quae illis sunt necessariora, ipsi per se habeant ibi:

[1]) Rasura.

quando tempus fuerit loquendi, possunt ibi loqui; extra scolam nusquam loquantur.[1])

Diebus quibus fratres loquuntur in claustro exacta sexta nusquam loquantur usque dum pueri exeant, et dicat unus ex eis qui junior est *Benedicite* alta voce. Qui sederint in capitulo tempore locutionis non loquantur quicquam intus.

Nullus frater alius alio lavet capita inter se,[1]) sed unusquisque suum lavet. Pueri similiter faciant in sua scola. Feria quarta et sabbato possunt se tondere in scola. Ad mixtum in suo loco ad tabula ante et retro inclinentur; eadem faciant post mixtum.

Si fratres quarta vel sexta feria se radent, propter hoc processionem[1]) solitam[1]) non dimittent; nec si ad corpus recipiendum vel sepeliendum exeunt.

][Si sepelitur aliquis mortuus de foris, ubi procedunt fratres, pro illa processione non remaneat illa de jejunio. fol. 80

In XII^ci lectiones, sacerdos, qui fert turibulum per altaria, ferat illud domno abbati; si deest abbas portet priori, et si prior non adest reddat illud converso. Et ille det primum ipso sacerdoti, dein dextro choro et levo. Dein juvenes fratres, qui ad formulas stant dextro, et ad ipsos infantes, et ad alios qui sinistra, juvenes et pueros.

Privatis diebus ad missam majorem, si domnus abbas adest, ipsi deferatur in primis offertorium ad offerendam. Si non est, priori. Si prior deest, det decano claustrensi.

In diebus festis puer ferens textum omnibus fratribus per chorum, deportatum sit praeparatus unus conversus indutus alba suscipiat et ferat omnibus stantibus de foris fratribus.[1])

Frater exiens de domo infirmorum post satisfactionem factam in capitulo, potest ipso die canere missam, si velit; quia quamdiu fuerat in cellula infirmorum, ibi non permittimus canere missam.

Novitii, dum fratres fuerint in capitulo, ipsi sint in coquina.

Pentecosten usque ad adventum domini, si duodecim lectiones evenerint in sabbato, et in crastino sit mutanda historia, in sabbato dicatur tota vespera de sancto.

---

[1]) Rasura.

Frater cantans suum responsorium, finito versu inclinet se caeteris,[1]) fratres, qui in longum sunt ordinati, ante et retro faciant. Pueri vero in sedilibus suis debent inclinare se per unumquemque. Quando vero ipsi dicturi sunt responsorium semper girent versu dicto; a lectione autem eundo et redeundo semper inclinent se infantes, etiam omnes fratres, maxime illi, qui super formas sederint. Ad domnum abbatem omnes surgant de subselliis suis pergendo et revertendo.

Quando abbas legit evangelium ad matutinas laudes, ar-
fol. 86v marius pro consuetudine debet ire, et praepara][re ei evangelium, et orationem et signa mittere. Dum *Te deum* inchoaverit, si ebdomadarius ipsum legerit, pro consuetudine non ibit. Sed die praeterito auscultet ipse frater cum armario quicquid ei opus fuerit.

Si duo fratres induuntur ad turibula ferenda per altaria, is, qui est ebdomadarius, eat in antea.

Fratres exeuntes de coquina alia ebdomada lavent fontem, ubi fratres nitidant manus suas atque facies.[2]) Et quando fratres se tondunt atque radunt ipsi calefaciant aquam et deferant.

Pueri, quando armarius obscultat lectiones vel responsoria sua, stent semper erecti ante eum omnes, usque dum finiantur, a minimo usque ad maximum. Euntibus fratribus ad stationes per altaria dicatur oratio plane et non in alto, nisi forte occurrerit festivitas alicujus sancti unde sit ibi altare; procedentes illuc dicatur versus de sancto et *Dominus vobiscum*. Oratio alte in tono.

Fratres(!), qui lecturus est ad mensam dicentibus fratribus versum ante cibum et orantibus, ipse stet in loco suo, vel in superiori erectus.

Fratres,[3]) qui in domo infirmorum sunt, quotienscumque se radunt fratres, ipsi faciant uno die antea, nisi[4]) exiturus cum aliis faciat.

Nullus bibat in refectorio sedens in sedilium suppedaneis, aut puerorum truncis, sed ad mensam sedeant ubi prandunt.

---

[1]) In textu legitur: „caeteri".

[2]) Rasura.

[3]) In textu legitur: „Frater".

[4]) In textu: „si".

Nam nullus absque mensa comedat vel bibat, praeter illos, qui in domo infirmorum sunt, nec ante tertia ullus debet comedere nisi signum primum insonuerit.

Mantilia mutentur in refectorio per omnes quindecim dies, linteamina autem manuum omni die dominico apparente luce, antequam pueri surgant.

Frater, qui alicubi fuerit, veniens in capitulum usque dum puer][legerit martyrologium cum sanctis, non intret. fol. 87r
Dum infans dixerit, *Et aliorum plurimorum sanctorum:* tunc eat. Ad lectionem evangelii vel quando brevis[1]) legitur poterit introire.[2])

Si quis calidum potum vult usitare ad caritatem collationis, potuerit facere in loco suo, etiam et pueri, etiam si in feria sexta se radunt. Similiterque scutellae cum ullo cibo non mittantur super mantiles, nisi quando coopertae fuerint tabulae.

Cum aliquis nuntiat fideles orationes ex parte[2]) domni abbatis, alii descendant de suis suppedaneis, et petant veniam; ipse non[2]) descendat, qui nuntiat nec petat veniam, sed supplex dicat illas: per usum vero nullus descendit de pedaneis pro ullo nuntio, nisi quando pronuntiabitur, *Nativitas domini nostri jesu christi*, et in annuntiatione domini[3]) super genua petant veniam.

In duodecim lectionibus, si quis vult cantare post capitulum missam, non quaerat licentiam.

Diebus dominicis sanctus benedictus jubet ut omnes[2]) legant,[4]) quibus non esset praetereundum, sed cum desiderio faciendum;[2]) at tamen propter opus dei, si quis habet responsorium vel Alleluja ad missam, ante primam canat sic leniter, ut caeteri non impediantur; aliis vero horis legant. In maximis festis eadem faciant; si tamen jusserit ei armarius, si tam insciolus est.

In die dominico videant fratres, ut omnes sint ad processionem. Feria IV. vel VI. similiter faciendum, ut et abbas

---

[1]) In textu: „brebis". Rasura.

[2]) Rasura.

[3]) Id est die 25 Martii.

[4]) Reg. S. Bened. c. XLVIII.

et omnes sint discalciati,[1]) praeter illos qui propter aegritudinem non poterunt implere, attamen per licentiam.

Pueri, qui non fuerint ad versum,[1]) qui ante cibum dicitur, dum venerint, eant ad loca sua, et ibi faciant ante et retro: magister veniat in antea et signum faciat, ut jubeat ei prior comedere: licentia accepta dicat versum et eat.

Si puer gravatur sopore ad opus dei, non quidem per
fol. 87' hoc][omni hora est vapulandus, sed cum viderit eum magister saepe somno gravari det unum quemlibet libellum in sua brachia sustentandum, quousque de ipsa pigritia eum excitet.

Si quis vult suam justitiam, scyphum, cutellum abluere seu acuere, hora qua loquitur in claustro, hoc faciat, nam si fecerit inter sextam, prandium, vel inter nonam et caenam poterit quaerelam agere in crastinum, qui viderit. (Sed dicet: quid ad me?)[2])

Sine lumine et incenso nullo modo feratur corpus domini in aliquam partem.

Puer, qui in aestate lectionem brevem memoriter legit ad nocturnos, dicto *Tu autem domine*, ante et retro faciat. Alius, qui juxta eum est, dicat responsorium.

Juvenes fratres, qui exeunt de scola, post depositas albas non praesumant legere vel cantare, nisi ex praecepto abbatis.

Frater in sua cuculla, vel in alia veste, quo super cucullam induitur, potest mutare sua vestimenta, similiterque in cuculla et pellicula, in sola cuculla non debet facere.

Quando frater juvenis legit ad mensam, dum finierit lectionem in cellarium eat, et sit cum silentio: si de majoribus, sit in coquina, vel in promptuario, si velit. Puer vero peracta lectione deinde reverentia facta ante mensam ibi permaneat ante gradum usque dum alii surgant, et pergat cum ipsis in aecclesiam: oratione finita eat cum alio infantes et magister ad edendum.

Ebdomadarius coquinae potest ministrare cum pelliculo sine manicis, vel cum manicis, si desuper induerit bracile.

Exeuntes pueri de capitulo, si fratres loquuntur in claustro, alte dicat unus ex eis, qui junior est: *Benedicite*. Similiter

[1]) Rasura.

[2]) Verba ista postea adjecta sunt.

post nonam in aestate, eademque faciat illis temporibus, quibus mixtum accipitur post tertiam, si loquuntur in claustro. Novissime exeant ad capitulum primi et post nonam vel collationem.

In duodecim lectionibus, quibus populus non celebrant, possunt fratres vesti][menta atque calciamenta deferere(!) in claustrum ad meliorandum in sabbatum, sed ipsa die ante vesperum sustollant. Cotidianis vero diebus eademque faciant. In ipsis festivitatibus supradictis scriptores possunt scribere, etiamsi in cappis fuerit celebrata. In maximis quippe festivitatibus et dominicis diebus, nec ipsis est scribendum, nec fratres ponant vestimenta. fol. 88r

Post completorium nullus legat in strato suo, nec egredi de dormitorio in claustrum praesumat. Similiter temporibus meridianis antequam scilla sonet: nam inter ipsa meridiana de senioribus, qui voluerit legere, legat. Juniores fratres et infantes nequaquam hoc praesumant. In ipsis temporibus, qui vult se cooperire de pellicia sua vel de cuculla, faciat; sed videat nec se cum calceis collocet. Juvenes atque infantes sicuti de nocte, ita ex toto se coaptitent.

Juvenes fratres non exeant de dormitorio antequam pueri surgant. Post hinc dum infantes exierint, eant et ipsi cum sua custodia; sine custodia vero non praesumant quoquam transire, etiam in ecclesia, quando volunt accipere eucharistiam. In claustro juxta suam custodiam sedeat unusquisque. In dormitorio vero juxta magistrum, vel antea habeant lecta. Quando septimanarius fuerit ipse juvenis frater, cum suo magistro potest exire de dormitorio ante infantes, et post ternas orationes inchoare suam obedientiam. Si vero cum aliis ex fratribus fuerit, non exeat ullo modo, donec ejus custodia excitetur, et pariter cum eo surgat et abluat manus suas atque faciem; et ternas orationes agant. Exinde redeant in coquina, et dimittat ibi sub custodia ex his uni, qualiter ei visum fuerit.

In praecipuis festivitatibus, si abbas deest, missa non pertinet, ut eam ullus cantet nisi ebdomadarius. Sed tamen praevideat armarius, ut non per ordinem in brevem mittat, sed talem, qui utiliter scit hoc divinum agere.

fol. 48v][Quando duo turibula sunt in ipsis festis, abbas induitur ad unum, frater ebdomadarius ad alium (!). Si abbas non fuerit, ebdomadarius revestiatur et unus ex fratribus, cui secretarius annuerit.

Quando abbas indutus fuerit ad canticum de evangelio, et ebdomadarius ex alia parte, Armarius quippe debet invenire collectam et signum ponere. Ebdomadarius frater, qui revestitus est, teneat collectaneum ante abbatem, si ei permiserit, si vero non, unus ex juvenibus, qui stant ad formam, teneat ei. Si abbas indutus fuerit solus, unùs ex juvenibus fratribus faciat.

Si duodecim lectiones faciunt fratres, feria quarta pueri non lavent capita nec calciamenta. In festivitatibus quibus monasterium totum est ornatum, vel dimidium, ad horas regulares tres candele ardeant ante altare. Post missam majorem omnia signa pulsentur.

In maximis festivitatibus duodecim candelabra sint ante altare majus, ad matutina laude et missam et vesperum; aliis horis ut supra.[1]) Quando unumquodque responsorium a duobus fratribus cantatur ad matutinos,[1]) una sola collecta ad missam matutinalem dicitur, et in ipsis diebus non cantatur,[1]) *Ad Dominum, cum tribularer,* pro defunctis ad horas.

Si magister puero mittitur in judicium, nullus debet ab aliis (!) pertinere nisi ille qui ordinem tenet: si bonum videtur ut absolvatur, signum magistro faciat, ut absolvantur.

Sacerdos non petat veniam ad confessionem levitae.[1]) Abbas sive sacerdotes semper satisfactionem inter se faciant quando hoc agunt.

Omni namque tempore quando sit intervallum, ad lectiones vacandum, tandiu debet teneri signum ad primam quousque conveniant omnes, et septem psalmos decantare possint inclinati, et facto signo ab abbate dimittantur, et hora inchoetur. Ad tertiam, sive sextam vel nonam tamdiu teneat secretarius secundum signum, quousque abbas veniat in choro. Et si abbas deest, non est necesse expectando. Sexta hora teneat secundum signum usque dum dicatur, *Deus misereatur.* Ad nonam temporibus meridianae teneat scillam tantum quousque

[1]) Rasura.

‖ *Miserere mei Deus* finiatur. Ad vesperum ad unumquodque signum cum pulsatur tamdiu protendatur, ut *Deus in adjutorium meum* promatur. fol. 59r

Ad secretarium non pertinet de missa hospitum, sed frater hostiarius debet curam habere, et illi, qui tenet ordinem, dicere, ut tali injungat, qui diligenter possit implere. Pueri[1]) namque ad missam matutinalem, quod canitur ad sanctam crucem non pergant ibi ad serviendum sacerdoti, sed secretarii administrent illi quicquid congruenti est cum levita.

Non disciplinabit magister pueros in choro, si domnus abbas affuerit aut prior; nec de illo choro, in quo stat, qui ordinem tenet. Si domnus abbas non est aut prior, magister ex suo choro faciat disciplina. Si tamen non praestat in illo choro unde est, ille, qui ordinem tenet; nisi forte ipse jusserit. Nam negligentia converso tum si aliquando fuerit de candelabro, potest infans portare atque tenere usque dum *Kyrie eleyson* dixerit, et in crastino ejus magister quaereletur.

Si domnus abbas aliquem librum de alio monasterio adquisierit, et praefinito debet tempore reddere, vel alia necessitas fuerit, et domnus abbas praeceperit, vel ad monasterium mandaverit,[2]) psalmos familiares et missam vel meridianam frater ille propter hanc scripturam dimittat.

Pueri, qualiter offerendi sunt.

XVII. Cum parentes suos filios deo in monasterio dare voluerint, faciant imprimis de rebus, si quas habent, per omnia sicut regula dicit.[3]) Deinde cum evangelium lectum fuerit ad missam, et offerendam in primis abbas fecerit, tunc veniat puer ante altare vel ad gradus, et detur in manus illius offertorium cum hostia et ampulla vini, et unus de fratribus, cui abbas jusserit legat hanc schedulam: „*Ego frater ille offero hunc puerum nomine illius cum oblatione in manu, atque petitione, altaris palla ejus manum involutam ad nomen sanctorum, quorum hic reliquae continentur, et domni illius abbatis*

[1]) Litera P deest, forsitan rubricanda erat.

[2]) Rasura.

[3]) Reg. S. Bened. cap. LIX.

fol. 89v *praesentis: trado coram testibus regula*][*riter permansurum; ita, ut ab hac die non liceat illi collum de sub jugo regulae excutere. Sed magis ejusdem regulae fideliter se cognoscat instituta servare, et domino cum caeteris gratanti animo militare.*" Qua perlecta detur in pueri manus ipsa, et offerat cum oblatione, et tunc abbas accipiat[1]) custodiendam eam. Si laici adsunt praesentes, advocentur, ut videant et audiant, ut sint testes. Tunc abbas debet benedicere cucullam et vestire puerum, et ilico incipiant offerendam missae, et infans collocetur cum aliis. Cum aetatis tempus consecrationis venerit, cucullam non exuat ei abbas, sed professio legat cum caeteris atque benedictio data, sicut mos est, mittat ei capellum in capud atque osculetur. De reliquo faciant sicut alii fratres.

De cellarario vel ebdomadario quomodo amministrent fratribus in refectorio.

XVIII. Nam in omnibus XII^ci^ lectionibus et feria III^a^ et V^a^ et sabbato in primis ponatur a senioribus; secundam amministrationem det cellararius cum ebdomadariis; incipiatur e novissimis. Tertiam fratres coquinarii, similiterque a junioribus incipiant. Et si cellararius aliquam pietantiam fecerit, postea inchoetur a tabula domni abbatis. Secunda feria, IV^ta^ feria, VI^ta^ feria in primis ebdomadarii ad scillam veniant, et cellararius cum sua, quam nuncupamus[2]) pietantiam, a prioribus incipiat, sine sonitu scillae, et fratres septimanarii suum dent a novissimis inchoantes, et postmodum signum pulsent cum licentia ad vesperum. Quando poma vel herbae apponuntur, postquam mensa fuerit benedicta, et omnes fratres sederint, deportetur a cellarario cum suo socio in primis a senioribus, et semper in scutellulis deportetur. Quando sunt parva poma, in canistro deferat, et unusquisque secundum quod viderit, sic accipiat. Ad infantes autem postea in scutella deferat, et det ipse unicuique prout viderit. Denique ipse cellararius debet deportare pietantia ex pisciculis cum socio. Si poma cum refectorario: quando holera, faciat ortulanus cum eo. Et si

---

[1]) In textu habetur: „accipias".
[2]) Rasura.

neuma efficiat, cum fratre, qui super orreum est constitutum. Et quando cellararium (!) visum fuerit, potest quem ipse velit de fratribus evocare et fa][cere cum eo. Item: fol. 90r

Quando capitulum suum pronuntiatum fuerit,[1]) ipso die debent habere generaliter ex sua parte, et aliud praeparare, prout melius potuerit, et caritatem faciant sine sonitu squillae de pigmentis: et si lectum fuerit secunda, IVta vel VIta feria, inter duo fratres condonet scutellam de piscibus praestantius, quam soliti fuerant aliis diebus, et potio propinetur[2]) per cunctos fratres sine sonitu scillae. Alios (!) die satisfactionem faciat in capitulo et absolvat eum domnus abbas, et si abbas non est, faciat ille, qui ordinem tenet. Post capitulum cantent quinque psalmos pro defunctis: deinde pro ipso fratre[3]) qui absolutus est psalmum, *Miserere secundum magnam. Kyrie, Christe Kyrie. Pater. Et ne nos.* Capitulum. *Salvum fac. Mitte ei domine. Dominus vobiscum.* Oratio, *Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo.* Ipso die praestantius debent habere fratres in refectorio.

Quid agere debeat refectorarius vel pueri dum servitores fuerint.

XIX. Si ad servitores sunt pueri, ipsi debent lavare cocliares et scopare: refectorarius vero panem percipere. Si pueri desunt, unus de servitoribus debet cocleas levare, atque fragmenta e mensis resumere. Et tamen de omnibus debet providentiam habere refectorarius, ne sit negligentia aliqua; quia si fuerit, super ipsum veniet. In XIIci lectiones ad servitores mox ut secundum mores squillam insonuerit, secundum pulmentum: ille veniat, et ictu percutiat scillam. Infans si praesens fuerit qui cum alio venit legendum, accipiat fialam et potum propinet. Inprimis refectorario sonante squillam, si puér defuerit, faciat ipse vel cui annuerit de servitoribus. Meridianis

[1]) Hoc intelligi debet de capitulo Sanctae Regulae, quod inscribitur „De cellerario monasterii" (Reg. S. Bened. cap. XXXI). Omni namque die post Primam capitulum integrum seu aliqua pars capituli sanctae regulae in monasteriis legi solet, ita ut ter in anno tota regula legatur.

[2]) In textu legitur „potio pr net" (?)

[3]) In textu: „fratres".

temporibus ipse misceat aquam ad nonam cum septimanarii(s), qui ex alia ebdomada fuerunt. Justitiam domni abbatis cotidie abluat, et postquam cimbalum sonuerit, vel ipse sederit mense, vinum deportet. Fratrum, qui ex itinere redeunt, debet lavare ipse justitiam; zallam atque baciles domni abbatis, vell illam, quae deputata est propter pauperes vel peregrinos
fol. 80v fratres, ipse habeat sub sua custodia. Panum librarum ipse][purget ab omni fuscedine. Linteum tamen ad ipsum opus deputatum ad collum semper habeat, usque dum inspicerit cunctos.

Qualiter debet fieri quando conventuri sunt ad radendum.

XX. Debet unus frater vel duo habere injunctum officium rasoriorum acuendorum atque colligendorum ad scrinium ubi reponuntur; et ipse debet procurare tonsoria ad illud opus deputata, et intra dormitorium reponenda, similiter novaculorum. Ea die qua radendi sunt, mox ut in capitulam conveniunt, et de salute animarum sermocinatum habuerint, jubente abbate, vel ille, qui ordinem tenuerit, si abbas non adest, surgant illi fratres, qui ex alia septimana coquinam fecerunt et eant praeparare aquam ad locum constitutum. Surgentibus e capitulo sonet tabulam et veniant accipere unusquisque rasoria de manu procuratoris. Tunc elemosinarius habeat praeordinata vascula in loco ubi conventuri sunt seniores: cum acceperint, unusquisque deferat sibi aquam. Pueri deportent scamna sua. Abbas vel prior incipiat psalmos quinque; in primis pro defunctis, qui praenuntiati fuerunt in capitulo et cursum canonicum horarum, sicut mos est in coquina decantare, et postmodum familiares psalmos super horas regulares. Interim dum psalmodia duraverit, nihil aliud aliquis debet agere nisi radere, nec capud lavare vel tondere, nisi psalmos dicere, nec ungulas secare, nec refectorarii ibunt in refectorium usque dum finiantur psalmi. Loqui nullus debet, sed nec ullus frater radat alium in pellicia cum latis manicis, nisi eam, quae cum strictis manicis est, habeat vestitam, vel tunicam. Cum psalmodia expleta fuerit, abbas dicat *Benedicite,* et unusquisque redeat ad officia deputata. In hac hora

secretarius debet scillam pulsare, si bis commexturi sunt. Si aliquis ex infantibus non fuerit rasus, procedant in scolam et ibi faciant. Nam si ex fratribus alicui contigerit, ut inchoatus fuerit ad radendum et signum insonuerit, dimittat opus hoc, surgat et induat cucullam et eat aecclesiam, et sit extra chorum. Cum hora exple][ta fuerit, revertatur, atque radat se. Postquam dies ille transierit, nusquam ullus faciat sine licentia aliquam tonsurationem. Pueri vero IV[ta] feria et sabbato possunt se tondere in scola. Sine sua cuculla atque tunica nullus frater se totondat et unicuique decet ad meditatem aurium capillum incidere in girum. Caput qui lavare voluerit, ipsa die sine licentia faciat, alia die non licet, et quandocumque hoc facit, tunicam cum latis manicis indutam habeat. fol. 91r

Convenit haec monachis semper servare culinis.

XXI. In coquina frater, qui primus venerit diluculo, quamdiu solus fuerit, nihil aliud gerere nisi poterit focum[1]) illuminare. Postquam alter vel ambo venerint, psalmodiam sicut in radendo totam dicant ex integro, praeter familiares de horis regularibus, quos in aecclesia cum aliis, vel ipso tempore per se poterit unusquisque dicere. Ipsa vero psalmodia, quam in coquina vel in radendo vel alio manuum opere dicunt primitus ad quinque psalmos, id est, *Verba mea,* dicatur, *Dominus vobiscum,* post oratione, *Requiescant in pace.* Postea non nisi ad vesperas dicatur, *Dominus vobiscum,* et *Benedicamus Domino.* Deinde similiter ad vesperas pro defunctis dicatur, *Dominus vobiscum. Requiescant in pace.* Ad completorium vero dicatur, *Dominus vobiscum,* et benedictio. Ad Psalmos familiares ultimos, *Dominus vobiscum. Benedicamus Domino. Benedicite.*

Qualiter agat sacerdos, qui vult suam missam agere privatae.

XXII. Mox ut exierint ex matutinalibus officiis, si dies fuerit, annuat uni ex conversis, quali velit, et eant, lavent manus atque facies suas et pergant

---

[1]) „Focum" postea textui adjectum est.

in aecclesiam; faciant ternas orationes, si illis temporibus convenit, vel si XII^{ci} lectiones factae fuerint; ex tunc eat et accipiat librum et albam, et ponat ad unum ex altaribus: nam nulli est licentia alio inde auferre, postquam acceptum habet. Denuo revertatur in sacrarium et accipiat hostiam et calicem: tunc perfundat eum cum aqua in infusorio, atque tergat linteolo priusquam habuerit missum vinum et aquam. Con-
fol. 91v versus, qui adjuturus est eum accipiat][candelam atque accendat, et pergat ad locum, ubi sacra agere debet. Tunc sacerdos exuat se tunicam et flectat genua, et induat se cultum sacerdotalem. Dum stolam habuerit impositam, faciat confessionem cum fratre, et tunc agat orationem ad aram, et signum sanctae crucis exprimat in fronte sua, et deo incipiat immolare. Nam conversus ad primam collectas et secreta sit adclinis, ad canonem genuam flectat, vel stans oret. Ipse sacerdos, si ad horas sonaverit, et stolam non habuerit impositam, et etiam albam indutam jam habeat, sic se exuat, et ad horam pergat. Quando vero sonatur scilla ante tertiam, si habuerit tantum calicem paratum, sic potest agere missam sine reprehensione. Nam si ad horam intraverint fratres, ille post missam suam flectat genua dum exutus fuerit, et horas reddat; usque dum seniores steterint ad horas, ille non praesumat intrare ad reportandum; tamen expleta hora, ad psalmos familiares potest transire. Conversus deferat albam et librum, sacerdos calicem et ampullam ad locum constitutum.

Ad missam generalem qualiter agant sacerdos et ministri.

XXIII. Dicente sacerdote, *Orate Fratres,* inclinent se pueri spatio orationis dominicae, et ilico se erigant vertentes vultus suos ad partes orientis: majores autem sint acclinis usque dum dicat sacerdos, *Per omnia saecula saeculorum:* et ad extremum cum dixerit, *Per omnia saecula, Oremus: Praeceptis: Pater noster:* sint omnes inclinati tam pueri quam majores, dicentes *Sed libera nos a malo,* Infantes se erigant. Fratres sint inclinati usque dum denuo dixerit, *Per omnia saecula saeculorum.* / In duodecim lectionibus sacerdos in introitu missae in sacrario ponat incensum in turibulo. *Gloria patri,* inchoante illo, qui officium procurat, procedens ante altare

primum faciat orationem; deinde faciat confessionem ipse et levita. Expleta accipiat sacerdos turibulum, et incenset aram, et Levita denuo accepto, deferat per altaria et ad domnum abbatem, et conversus per omnes in choro: in primis ad illum, qui officio deservit. Ad evangelium domnus abbas debet mittere incensum in turibulum levita deferente ei tima materia. Si non hadest abbas, sacerdos mittat. Peracto evangelium (!), primum osculetur ipsae levita textum et girat dein altare. Subdiaconus accipiat][textum et deferat sacerdoti, domno fol. 92r abbati, et ad omnes fratres; in primis ad illum, qui stat propter officium. Post offerenda conversus ferat tima materia cantori, et cantor portet domno abbati, si non adest, ipse faciat. Dicente sacerdote, *Per omnia saecula saeculorum,* veniat levita, post illum subdiaconus subtus levita, et acolytus deferat patenam opertam offertorio, stet subtus subdiacono. Procedens diaconus ad discooperiendum calicem, primum osculetur altare, deinde brachium sacerdotis vel manus, humiliter recedat et inclinet. Finita oratione dominica a sacerdote, tradat acolytus patenam cum offertorio levite osculans illi manum, et reddat offertorium puero.

In diebus festis vel omnibus[1]) missarum, quibus induitur puer[1]) tonica[1]) vel[1]) casula, ipse ferat textum, alius puer calicem: privatis autem diebus conversus, qui portat candelabrum ad missam in illo choro unde ipsa perstat, ex illa[1]) parte deferat, et incensum semper debet esse ad ipsam missam. Puer qui legit epistolam,[1]) ipse portet et calicem si valet, et bene sit (!) facere. Tres hostiae cotidie mittantur: qui vult communicare, faciat; si est de ipso choro unde fratres offerunt, si de alio choro fuerit, non faciat, nisi prior jubeat. Dominicis diebus[1]) quinque mittantur hostiae, diebus autem aliis festis tres, praeter majora sollempnia.

De dominicis diebus vel festis seu cotidianis, quot luminaria a secretarii accendi in aecclesiis debeantur.

XXIV. Dominicis vel omnibus festis, quibus duodecim lectiones faciunt, omnibus temporibus, praeter quando in cappis caelebrant, hoc modo faciant. In prima vigilia accendantur,

[1]) Rasura.

antequam signum sonet, quinque luminaria per loca constituta, videlicet unum ante altare majus, quod die noctuque ardeant; alterum in choro post abbatem ante analogium, tertium ante altare[1]) extra chorum: quartum in brachio partis aquilonarii in secretario ante altare sancti benedicti; quintum australi parte extra chorum in introitu aecclesiae.[2]) Expleto itaque cantico graduum adaugeantur duo ante altare majus. In tertio nocturno diacono evangelio pronuntiato, *Et reliqua* dicente, statim duo secretarii discooperiant tabulam, tertiumque accendant candelabrum, et analogium deferatur. Ad matutinas laudes dicto *Benedicamus Domino,* extinguantur. Ad missam tribus duo adjungantur, quae conversi deferunt, et fiant quinque. Ad vesperum tria sint ante altare. Feriatis diebus similiter faciant per loca destinata praeter illa, quae junguntur
fol. 92v in tertio nocturno. Duae candelae sint][accense ante principale altare. Expleto cantico graduum tertia est, quae ibi semper erit arsura. Expletis duabus nocturnis extinguantur binae candele usque dum dicitur vigilia mortuorum, et matutinum eorum. In laudes iterum accendantur, priusquam sonetur. Ad missam tres sint ante altare; ad vesperum duae. Nam omnibus diebus sabbatorum ad vesperas semper sint tres lampades ante altare accense. Similiter cunctis diebus vigiliarum sanctorum sive sanctarum quibus XIIci lectiones efficiuntur in crastino.

De versibus offerendarum.

XXV. Officionarius frater, mox ut dicta fuerit offerenda, procedere ante abbatem atque annuere debet de versuum inchoatione. Abbate incipiente debent omnes inclinare. Si ipse non imponit, debet annuere aliis, quibus visum ei fuerit, et ilico ut initiatum habet, facere inclinationem cum reverentia, pueri hinc et inde omnes inclinare. Si abbas praesens non fuerit, faciat prior; et si prior minime adest, annuat decano, quando ipse defuerit, imponat armarius, et si praenominati cuncti deerunt adimpleat ipse. Cum jam prope

[1]) Rasura; in ipsa adhuc legi potest: sanctae (forsan crucis vel mariae).
[2]) Rasura.

ipsi versiculi finiendi sunt, veniat conversus cum turibulo ad cantorem, et tunc ipse deferat abbati; si non adest, faciat ipse. Tota quadragesima debent cotidie omnes decantare. Paschalibus deinceps diebus, et illis festis, quae semel caelebrant in anno, similiter Dominicis diebus ut venerint per totam septimanam unum tantum decantare. De festivitatibus sanctorum, quos celebrant, unum vel duo promere debet.

De pueris coquinariis qualiter agant cum ministris.

XXVI. Pueri qui
coquinarii sunt, omnia faciant in coquina, quae fieri debentur a septimanariis. Etiam in sabbato lavent, et tergant pedes fratrum cum talibus senioribus, qui eos custodiant, non cum juvenibus. Tantum autem non ministrabitur ad prandium, nec ad mensam serviunt; sed de aliis fratribus, quos magister rogaverit. Cum viderint fratres coquinatores opus esse, ut bulliantur scutellule propter adipem, dent eas cellarario fratres quarta feria, vel in alio die, et faciat eas abluere, et iterum reddant eas coquinariis. Sabbato mundetur, atque sco][petur coquina, fol. 29r aquam mollissimam novam dimittant intrantibus. Aquam ad abluendos pedes fratrum calefaciant; unus de exeuntibus et alius de intrantibus, eam ante capitulum portent, intrantes deferant linteamina ex promptuario. A secretario pelves et manutergia deferantur. Abbas solummodo ad unam ex ipsis tergat. Duo pueri non lavent simul, magister et puer lavent sedente alio puero in sedili suo. Cum convenerint ad lavandum linteamina, surgat puer ebdomadarius de sedile suo, et eat cum alio puero foras capitulum, et abluant linteamina. Expletis, manus suas lavent, deferant aquam ad abluendas manus omnium fratrum. Unus ex his pueris, qui junior [1]) est, eat in sedile suum, donec omnes abluant manus suas, etiam pueri. Tunc surgat iterum puer de sedile suo, et veniat cum alio infante foras. Cum deposuerint utensilia, cum quibus servierant fratribus in loco disposito, veniant inantea in medio capitulo ordinate et faciant reverentiam et eant in sedilibus suis. Secretarius vero dum pueri habuerint manus suas ablutas signum faciat

---

[1]) Rasura.

pulsandi squille. Accepta licentia pergat, et lector veniat in medio ad analogium. Illo signum dimittente, abbate annuente ei, accipiat benedictionem, atque lectionem inchoet; legente duos versos vel praestantius, tunc jubente abbate surgat ille, cui annuit, et sonet cimbalum. Ex hinc surgant omnes, faciant ante et retro, et eant dum potum fuerit benedictum. Pergant ebdomadarii coquinae et ignem cooperiant et simul veniant; ibi faciant ante et retro imponentes hunc versum, *Benedictus es Domine Deus meus*, tribus vicibus. *Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Adjutorium nostrum in nomine domini*, et sic recedant. Si abbas non est, eadem faciant in loco ejus ille, qui ordinem tenent. Cotidianis diebus cimbalo sonato faciant. Illis diebus, quibus non pulsatur cimbalum, dum habuerint omnia expleta, quae ibi opus est faciendi, ita dicant, et rece-
fol. 93v dant. Die Dominico reddantur][vasa munda et sana cellerario per numerum post capitulum, et intrantibus dentur.

De confessione puerorum.

XXVII. Cum ad confessionem ducuntur infantes, si domnus abbas praesens est, magister eos ad illum usque perducat. Ipso surgente magister ante capituli sedere debet introitum. In loco vero, quo infantum solet esse capitulum, illic et confessionem debent agere. Prior infans prius accedat; stans confessionem faciat, alter in parte meridiana sedeat super unum sedium eorum.[1]) Post confessionem iterum eos magister accipiat. Cum vero priori vel decano claustri voluerint esse confessi, cum magister ad ipsum eos perduxerit, statim ipse recedat. Prior in capitulum illos ducat, et post confessionem ad scolam reducat.

Cum infantes aliquid de scola sunt exituri, ad capitulum infantum domnus abbas debet venire, et alios infantes exire faciat; ipse autem et magister cum iis, qui exituri sunt, remaneant, et confessionem illorum audiat. Post confessionem magister illos ad alios reducat, usque dum ad consecrationem veniunt procurare debet ipse; postmodum faciant alii, quibus jubetur.

---

[1]) In margine: ipsorum.

Qualiter agantur armarius vel cantor die sabbatorum vel festis, aut quod exerceri oporteat ipse.

XXVIII. Die sabbatorum debent esse quattuor, qui brevem faciant, quorum infans, qui scribat capita responsoriorum, cantor, qui indicet nomina fratrum canentium, armarius quippe nomina legentium nota faciat. Item cantor: ebdomadarium de officio et talis cum talis canat responsorium, talis et talis Alleluja personent; et lectorem, ad servitores. Item armarius indicet talis habeat missam, et ille infans epistolam, et ille evangelium, atque talis ad mensam lectionem legat. Cellararius nempe ille, ille atque ille coquinam faciant. In XII[ci] lectiones sint tres armarius, cantor, infans; nam ipse armarius debet providere illis festivitatibus, quibus in cappis celebrant, si ille, qui ebdomadarius, de officio aptus non est, ut jubeat aliis ex fratribus, ut cantent invitatorium, et postmodum cum ipso, qui officium procurent ad missam. Ad mensam atque collationem qualem]| librum ipse posuerit, talem legatur a lectore; nullus ex fratribus praesumat alium librum imponere. Nam et omnium fratrum obscultet lectiones, responsoria, et quicquid intus et foris cantaverint, vel legerint. Omnes vero libros ligare atque investire, seu emendare debent per se, vel per alios fratres eruditos, et quos libros generales[1]) debent scribere fratres, omnia studeat ipse radere, atque producere, et cuicumque ex fratribus jusserit, ut eum adjubent, obediant eum et si aliquis ex eis rennuerit, in crastino querelabitur. Antiphonas, quae sunt ex evangelio imponat, si abbas non adest. De missa, officio, necnon de evangelio, et cetera[1]) alia, quae ad ecclesiam pertinent studeant ipse emendare, si neglectum fuerint. Libros foras producere vel recolligere ipse debet cum cantore cotidie, et multa alia debet habere sub sua cura, quae sparsim abemus jam conscripta, quod hic non est opus inserere. fol. 94r

De processionibus.

XXIX. Quandocunque fratres processionem IV[ta] et VI[ta] feria faciunt, mox ut dicta fuerit una ex antiphonis processionariis,

---

[1]) Rasura.

ilico duo pueri dicent laetaniam, tam in ipso itinere, quam in aecclesia cum revertentur in chorum. Nullus antequam letania fuerit expleta debet exire,[1]) quamvis licentiam habeant: nisi talis necessitas evenerit quam nullatenus praeterire potuerit. Nam expleta, si alicui est valde opus aliqua causa agere, petat licentiam domni abbatis, vel illius, qui ordinem tenet, si abbas non est, et pergat; sed tamen ante faciat reverentiam, et abluat pedes suos, et procuret quod procurandum est. Nam sine licentia ullus nusquam faciat, usque dum missa fuerit finita: similiter in rogationibus vel aliis processionibus.

Item. Nam in illis temporibus, quando pergunt ad aecclesiam, extra monasterium eant dicendo responsoria et antiphonas pro peccatis et ex beatae virginis Marie quae velint. Jam prope ibi proximantes incipiant responsorium ex illis reliquiis sanctorum, quorum vocabula ibi consecrata sunt. Protinus ut finitum fuerit, dicat sacerdos, *Oremus;* orationem sanctorum illorum. Tunc prosternant se omnes, et faciant praeces. *Pater noster;* in hoc loco non est dicendum sacerdos clamosa voce, *Et ne nos,* sed statim promat psalmum, pro defunctis, qui ibi requiescunt, *Lauda anima mea domi-*
fol. 94v *num.*][Capitulum, *A porta inferi. Dominus vobiscum.* Oratio, *Deus cuius miseratione.* Tunc duo pueri incipiant letaniam. *Kyrie* ante altare et perveniant ad ipsos sanctos, dicendo ibi usque ad nomen beati johannis, et tunc dicant tribus vicibus, deinde alios, qui sequuntur, et faciant ante et retro et sic procedant, quemadmodum venerunt.

De sanctorum reliquis qualiter deferatur ad locum, ubi necesse sunt deportande processionaliter, aut qualiter recipiatur cum laude.

XXX. Quando reliquiae deportande sunt alicubi, hoc modo faciunt. Annuente armario, vel loquente, si tempus fuerit loquendi, vel illo, qui ordinem tenuerit, revestiantur cuncti in cappis, pueri in albis. Reliquiae sint congrue collocate; secretarii ecclesie pulsent signa, candelabra duo deportentur a conversis, aqua sancta, crux, incensum;

[1]) Rasura.

phonones a famulis deportentur, et unum signum cum eis mittantur. Cantor incipiat responsorium, *Sancte marcelle*, vel secundum quales reliquie sunt et incensentur, exeantque omnes pariter extra portas murorum, quod circumdatum est monasterium. Tunc sint praesentes alii fratres, qui suscipiant sanctorum reliquias, et famuli[1]) ut deportentur, ubi necesse fuerint, et fratres inchoent psalmos, *Ad Dominum cum tribularer* et revertantur in chorum, et exuant se et pergant, unusquisque ad officia sua. Illo tempore quando reversuri sunt procurent antea nuntiare in coenobium, ut sint omnes fratres in cappis, infantes in albis. Prior incipiat psalmos, *Miserere mei deus. Deus in nomine tuo. Deus in adjutorium. Deus misereatur,* et eant in obviam sanctis reliquiis. Secretarii pulsent signa vel famuli[1]), usque dum sint omnia peracta. Tunc inchoent responsorium, *Iste sanctus.* Dicat sacerdos versus, *Magna est gloria ejus,* vel secundum quales reliquie fuerint adpertinentes collectam et preces, deinde incensetur. Rursum inchoent aliud responsorium congruum sanctis reliquiis, et ita peractis eant in monasterium, et ponantur reliquie ubi ponende sunt; denuo incensentur, et pergat unusquisque ad opus suum.

Item. De eodem.

XXXI.][Quando corpus sanctum foris portandum est in albis, debent esse vestiti et de ipso sancto cujus portantur reliquiae vel responsorium vel antiphonam cantent, donec revertendi prior signum faciat. In revertendo psalmos dicant. Cum vero reliquie reportantur, in cappis vestiti debent fratres occurre(re),[2]) et cum exituri sunt, in choro debet prior incipere, *Miserere mei Deus. Deus in nomine tuo. Miserere mei Deus, miserere mei. Deus misereatur. Deus in adjutorium,* et *Ad dominum cum tribularer clamavi* donec ad Reliquias pervenerint: post missum incensum de ipso sancto dicatur oratio: deinde de ipso sancto cantum Armarius incipiat, et sic in Monasterium pergant. fol. 85r

[1]) In textu: „famulis".
[2]) Rasura.

Ad regem deducendum.

XXXII. Cum auditus fuerit adventus regis in monasterium, tunc abbate vel priore annuente fratribus, si tempus non fuerit loquendi in claustro, conveniant omnes in ecclesiam, et vestiant se in cappis, etiam conversi, et infantes induant se tunicis. Secretariis praeparent processionem, et tunc sonent duo majora signa, incipientibus ita ordinate pergere, sicut in his caracteribus demonstratur:

Crux	Turibulum	Candelabrum	Candelabrum	Candelabrum
Aqua	Crux	Textus	Textus	Textus
Crux	Turibulum	Candelabrum	Candelabrum	Candelabrum.

Conversi bini et binis, tunc infantes cum magistris, deinde domnus abbas, et tunc alii fratres duo ac duo, sicut priores, tamen cum silentio eant. Pervenientibus ad eum, tunc det ei aquam sanctam et osculetur textum, et incensetur. Deinde inchoetur, *Ecce mitto Angelum meum,* et pulsent famuli omnia signa. In ecclesia tapetia sint duo ordinata, quorum unum sit ante altare sanctae crucis, et alterum ante maius. Tunc abbas inchoet antiphonam vel responsorium quod velit, quod conveniat. Quo expleto dicit capitulum et has orationes, *Omnipotens sempiterne Deus, qui caelestia simul et terrena moderaris,* alia, *Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo,* et redeant in claustrum. Ad reginam eadem faciant, sed tamen ingredientibus in ecclesiam hanc antiphonam decantent, *Cum sederit filius hominis.*

fol. 95v][Ad episcopum deducendum.

XXXIII. Ilico ut nuntiatus fuerit in caenobio episcopi adventui, annuat prior vel ille, qui ordinem tenuerit, fratribus, si in claustro non loquitur, ut adunentur cuncti in aecclesia et revestiantur in cappis[1]) omnes et infantes in albis. Deinde accipiant conversi aquam sanctam, crucem, duo candelabra, et textus evangelii, et eant cum silentio. Dent ei aquam sanctam et osculetur textum et incensetur. Deinde inchoet responsorium, *Ecce vere Israelita,* vel *Audi*

[1]) Rasura.

Israel, et pulsentur universa signa eantque in ecclesiam. Duo tapetia sint ordinata, quorum unum ante altare principale, alterum vero ad altare sanctae crucis, et redeant in claustrum.

Item. Ad abbatem.

XXXIV. Ad abbatem namque non sonantur signa, nec vestiuntur omnes; sed tantummodo illi, qui processionem portant; nusquam canentes nec eundo, nec revertendo. Si tamen talis de aliquibus dignitatis fuerit, possunt omnes fratres esse in cappis, pueri in albis.

Ad serenitatem postulandam.

XXXV. Quando multum pluit, convenientes in capitulum concorditer simul constituant hunc psalmum dicendum ad letaniam, *Benedixiste Domine terram tuam.* Feria IV[ta] et VI[ta] ad processionem antiphonam, *Inundaverunt aquae,* et missam matutinalem ex ea. Officium, *Omnia quae fecisti nobis domine.* Collectam, *Ad te nos domine clamantes,* et alias juxta morem dicendas pro defunctis, et lectionem hieremiae prophetae, *Haec dicit Dominus: Numquid projiciens abjecisti Judam.*[(a)] *Protector noster aspice deus.* Alleluja, *Ostende nobis domine.* Evangelium secundum Lucam,[1]) *In illo tempore, dixit dominus Jesus discipulis suis: misereor turbae; quia triduo jam sustinent me.*[(b)] Offerenda, *Sicut in holocaustum.* Communio, *Inclina aurem tuam,* vel *Cum invocarem te.* Ad majorem missam post offerendam, cum sacerdos inchoaverit ordinare calicem cum diacono super altare, tunc cantor in choro imponat responsorium, *Deus qui sedes: Tibi derelictus est pauper;* prosternent se omnes in terra, surgentes autem stent versi contra altare usque dum sacerdos dicit, *Orate pro nobis.*

(a) Jerem. XIV. 19.

(b) Matth. XV, 32.

XXXVI. Ad pluviam postulandam. Officium, *Salus populi.* Collecta, *Deus in quo vivimus.* Lectio hieremiae prophetae, *Locutus est hieremias dicens: Exurge lauda in nocte.*[(c)] Responsorium, *Propitius esto.* Alleluja, *Ostende no*][*bis* fol. 96r

(c) Jerem. Thren. II, 19.

1) Evangelium hoc legitur apud Matthaeum, non Lucam.

domine. Evangelium secundum Lucam, *Factum est in una*
a) Luc. VIII, 22. *dierum et Jesus ascendit in naviculam.*[a] Offerenda, *Sicut in holocaustum.* Communio, *Inclina aurem tuam.*

Pro adversa preces faciendam.

XXXVII. Hac ratione faciendus est aecclesiastici ordinis clamor ad dominum. Ad missam principalem jam dicta oratione dominica ministri ecclesiae cooperiant pavimentum ante altare cilicio, et desuper ponant crucifixum et textum evangeliorum, et corpora sanctorum, et omnis clerus in pavimento jaceat prostratus canendo psalmum, *Ut quid deus repulisti in finem* sub silentio. Interim duo signa percutiantur ab ecclesiae custodibus, solusque sacerdos stet ante dominicum corpus et sanguinem noviter consecratum, et ante praedictas reliquias sanctorum et alta voce incipiat hunc clamorem dicere: *Ostende*[1]) *nobis domine. Esto nobis deus. Memento nostri Domine. Memor esto congregationis. Exurge deus. Domine exaudi orationem. In spiritu humilitatis et animo contrito ante sanctum altare tuum et sacratissimum corpus et sanguinem tuum Domine Jesu,*[2]) *redemptor mundi, accedimus, et de peccatis nostris, pro quibus juste affligimur culpabiles contra te nos reddimus. Ad te domine Jesu venimus, ad te prostrati clamamus, quia viri iniqui et superbi suisque viribus confisi undique super nos insurgunt, terras hujus sanctuarii tui caeterarumque sibi subjectarum ecclesiarum invadunt, depraedantur et vastant. Pauperes tuos cultores earum in dolore et fame atque nuditate vivere faciunt, tormentis etiam et gladiis occidunt, nostras etiam res unde vivere debemus in tuo sancto servitio, et quas beatae animae huic loco pro salute sua reliquerunt, diripiunt: nobis etiam violenter auferunt. Aecclesia tua haec, domine, quam priscis temporibus fundasti et sublimasti in honorem beatae et gloriosae semper virginis mariae sedet in tristitia, non est qui consoletur et liberet eam, nisi tu deus noster. Exurge igitur, domine jesu, in adjutorium nostrum; conforta*

---

[1]) Verba „Ostende nobis domine“, usque „exaudi orationem“ in margine leguntur.

[2]) Rasura.

nos, et auxiliare nobis; expugna impugnantes nos, frange etiam superbiam illorum, qui tuum locum et nos affligunt. Tu scis domine, qui sunt illi et nomina illorum, corpora quoque eorum et corda antequam nascerentur tibi soli sunt cognita. Quapropter eos][*deus sicut scis justifica in virtute tua, fac eos recognoscere, prout tibi placet sua malefacta, et libera nos in misericordia tua. Ne despicias nos domine clamantes ad te in afflictione, sed propter gloriam nominis tui et misericordiam, qua locum istum fundasti, et in honorem genitricis tuae sublimasti, visita nos in pace, et crue nos a praesenti angustia. Amen.* Quo clamore facto reportentur reliquiae suis locis, et dicat sacerdos sub silentio collecta, *Libera nos quaesumus Domine.* fol. 90v

Item. De eadem in alia diffinitione.

XXXVIII. Cum surrexerint e capitulo die dominico sonent signum, agant orationem. Dein exeat sacerdos cum infantibus et praeparent se ad missam. Tunc sonet signum denuo, quod majus est, duas vices pro adunatione[1]) principali. Ad expletionem evangelii dicatur *Credo in unum Deum.* Quo expleto ascendat armarius in pulpitum et nuntiet plebi malitiam persecutorum. Dein procedat alius frater et legat anathemata, vel maledicta tam novi, quam veteri testamenti secundum utilitatem ac jussionem a sede apostolica acceptam, et a vicinis episcopis probationem datam maledictionem non emendantibus, benedictionem eis, qui se praeparant ad emendationes. Qua lecta extinguatur candelas, pulsentur omnia signa. Dimissas prosternant se omnes in terra, et hos psalmos decantent, *Domine quid multiplicati sunt. Deus noster. Deus in adjutorium,* vel istos duos adjungentes ad deum nostrum, *Benedixisti. Fundamenta,* vel quales habuerint constitutis ex aliis. Capitula, *Ostende nobis. Esto nobis domine. Exurge Domine.* Orationes, *Concede nos famulos tuos, quaesumus, domine perpetua mentis et corporis. Omnipotens sempiterne deus mestorum,* vel sicut diximus

---

[1]) Rasura.

decretas habuerint. Surgentes cantent offerendam, et perficiant missam.

Aliis diebus cotidianis agant ita: Mox ut surrexerint e capitulo, veniant et dicant in primis quinque psalmis pro defunctis, et tunc sonentur signa, et hejiciant(!) se in humo et dicant sicut supra.

Qualiter agant si processuri sunt ad sanctam mariam.

XXXIX. Quando vadunt ad basilicam sanctae mariae, fol. 97r statim ut surrexerint][incipiant psalmos pro defunctis, et postmodum prostrati pro tribulantibus absque sonitu tinnitorum, et psalmi dicantur sicut praediximus. Et aliquando si velint adjungere psalmum, *Inclina Domine,* Ad *Deus nostrer* et *Benedixisti domine,* haec capitula dicant: *Post partum virgo. Ostende. Esto nobis.* Collectas, *Concede. Ineffabilem Deus. Qui contritorum,* vel *Hostium nostrorum.* Quibus finitis exeant et sonet prior tabulam, si tempus fuerit loqui in claustro, et pergat unusquisque ad officia sua.

De fratribus exeuntibus de monasterio.

XL. Frater fugiens de monasterio dum reverti voluerit, nudus et discalciatus veniat in capitulum, in brachia tenens cucullam, et manu virgam ferens. Accepto judicio eat foras in aliquo loco, et vestiat se et calciet: revertensque vero in capitulum, petat veniam ante abbatem et ipso jubente eat sedere sicut regula praecipit. Si dominus abbas deest, ipsi reservetur judicium. Cum autem ventus (!) fuerit, ipse frater subducat se a conspectu ejus, donec tali in loco veniat, ubi petat venias suas satisfaciendo, et quod ei praeceperit, id faciat. Una nocte jaceat in hospitale, antequam recipiatur. Si fugerit de aliqua cella et ibi reversus fuerit, recipiatur, ut est supra dictum: et quando venerit ad caput Monasterii similiter id faciat. Si fugerit de aliqua cella, et ibi non reversus fuerit, et venerit ad caput monasterii, recipiatur, ut est superius praenotatum, donec vocetur prior de ipsa cella, et audiantur

querelae amborum, et ubicumque fuerit culpa inventa emendetur. Post haec si priori videtur revertatur ipse frater ad ipsam cellam.

De flebotomatis.

XLI. Si quis frater voluerit sanguinem minuere procuret indicare abbati, vel priori, si abbas non est; licentia denique accepta eat indicare cellarario, ut habere faciat arcedonem, vel si tempus fuerit hiemis, ignem accendere faciat in calefactorio. Tunc pergat ad januam elemosynae et accipiat vas. Mox ut evangelium recitatum fuerit, eat cum silentio atque de more[1]) faciat, et tunc dicat tribus vicibus, *Deus in adjutorium,* adjungente,][*Gloria Patri. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne* fol. 97v *nos. Adjutorium nostrum. Benedicite.* Perpetrata vero peragret refectorium. Si post prandium visitare voluerit, sicut praetulimus omnia habeat praeparata. Cum flebothomatus fuerit, statim pergens in refectorium offas facere. Si servitores sederint ad mensam, ipse petat licentiam ab illo, qui sederit squillam. Si domnus abbas est minuatus sanguine, in crastino quando acceperis mixtum ad versum, si aliquis defuerit ex sanguine minuatus,[2]) quando venerit petat licentiam et dicat versum, et accedat ad mensam: similiter faciat, si prior est minuatus sanguine. Infirmus vero, qui pro sua infirmitate accipit mixtum, non petat licentiam, nec dicat versum. Domnus abbas accipere debet mixtum ad scillam. Prior autem, si domnus abbas fuerit in monasterio, in suo stallo accipiat, et si non adest abbas, ad squillam sedeat: similiter decanus, si prior deest. Quando insimul conveniunt flebothomati cum pueris, tunc dicant versum pariter: infans legat lectionem ex corde, deinde aedant: habeant tria pulmentaria praeparata a cellarario; pueri vero unum. Levantes versum dicant communiter. Si ibi comeditur, qui vult mixtum sumere, de sua justitia atque libra post missam edant absque versu. Ad vespera det ei cellararius aliquid ad comedendum.

---

[1]) In textu: dm̄.

[2]) In textu: minuati (with "us" written above).

Qualiter commendatitiae litterae dandae sint monachis.

XLII. Ego ille humilis abbas salutem. Noverit dilectio tua, quia suggessit iste frater *(nomen illius)*, nobis, ut illi licentiam daremus vobiscum habitandi. Nos autem, quia te cognovimus regularem ordinem tenere, praebuimus consensum ei vobiscum habitandi. Nunc autem illum tibi commendo, ut illum ita tractes sicuti ego, et pro illo rationem deo sicut ego reddas.

De portarario monasterii.

XLIII. Portararius frater nusquam debet equitare, nisi forte supervenerint praedones infra terminos Monasterii, pro hoc poterit pergere. Equorum vero ascensores in sua cella advenientes ab ipso honorifice excipiantur et a famulis suisve
fol. 99r et jubente priore secundum illorum][personam qualitatem. Ipse praefatus frater suis subjectaneis panem et vinum cotidie deferat ibi. Dum vero minus defuerint hospites, in coquinam eant ad edendum; quia ipsi debent facere, quando vacant, cappas fratrum. Calcares equorum, vel fascias ipse procuret. Famuli discipuli portararii eis serviant, postea ipsi cum coquis edant. Ipse frater cum suis omnibus supervenientibus lecta sterniant, ipsi ibi non jaceat. In crastino maturius, qui vult in ecclesiam venire, cum sua lanterna illuminet et introducat, si talis fuerit persona; sin vero ipse non vult occupari, familia moneantur, ut faciat. Hostium vero quod est inter galileam et claustra a praefato fratre cotidie mane aperiatur, et sero ante collationem claudatur.

Qualiter agat constabulus frater.

XLIV. Constabulus quippe frater habeat sub sua custodia equos, omniaque equitatuum stramenta et frena ipsorum, annonam, vel paleas in locis constitutis. Extraneos venientes atque pergentes ipse procuret cum suis familiaribus famulis. Ipsi ergo ne quicquam faciant, nisi quod eis jusserit praefatus frater; et sine reprehensione poterit ad eos aliquid ad edendum dare; tamen a cellarario quaeritari. De refectorio vero nequaquam debet asportare nec ipse nec de aliis fratribus, nisi cui jussum fuerit.

De hospitibus qualiter suscipiantur.

XLV. Hoc summopere unus frater vel duo cum suis famulis procurent, ut cum hospites adventaverint in ipsa mansione, quae talibus[1]) deputata est, omnes inducant et cum omni humanitate suscipiantur, et post cenam abluantur eis a famulis pedes, et parentur lectisternia, et si eis placuerit, tres dies absque contradictione morentur; et cum pergere voluerint, denarium singulis donetur. Si aliquis ex ipsis infirmus advenerit,[1]) quoadusque melioretur si voluerit, extra cellam non exeat, hoc tamen pauperibus et peregrinis tantummodo est exibendum. Nam debet frater procurator ejusdem loci cotidie accipere ex promtuario panes decem et septem, et libras tres ex illo pane, quem seniores habuerint in refectorio, et quotquot per singulos dies defuncti pronuntiati fuerint, tot stipendia accipiat, tam de panibus, quam de[1]) aliis cibariis, sicut eis, si vi][verent, darentur. Similiter pro illis, in quorum fol. 88v anniversario plenum officium sit, tot dispensas, vel justitias recipiet, quae constitute fuerint in loco. Pulmentaria vero ex coquina ita dentur a septimanariis fratribus, vel a cellarariis, quasi ad mensam debuissent dari ex omnibus, que ibi praeparantur ad usus fratrum et in situlam mittant, quam ibi praeparatam habeat procurator frater. Similiter praeparent duas situlas in refectorio. Praepositi ipsis locis, undecunque remeaverint,[1]) istum officium adimplere studeant: si illi non fuerint,[1]) cellararius faciat, propter adunanda stipendia famulis. Jejuniis[1]) quattuor temporum universis, quae circulo anni sunt,[1]) quaecumque remanserint ex refectorio, in hoc opus censeantur, et de infirmorum domo eadem fiant. Similiter de omnibus vigiliis, quas celebrant,[1]) fieri debet. Ex domini namque adventu usque natalem ejus hoc decretum est. A capite jejunii usque ad pascalem solempnitatem cotidie, exceptis dominicis diebus, omnia similiter dentur in aelemosynam. Nam ipse frater cum suis adjutoriis et hoc debet adimplere, videlicet prati secandi, quod ex ipso meliorem viderit, et ad latrinam fratrum deportari curam suscipiat. Luminaria in dormitorio,

[1]) Rasura.

atque infirmorum domo ipse procuret ordine cum suis. Vascula ad minuendum cruore ipse sibi adsignata habeat, ne aliqua negligentia patiantur. Aecclesiarum oratoria, claustrum, domus infirmorum, refectorium atque capitulum ipse studeat emundare, et per omnia juncum imponere. Catinos, qui fratribus radendis deputati sunt, ipse sub sua cura habeat,[1]) et temporibus opportunis tribuat, atque postmodum nitidos et mundos reponat. In ipsa cella, cui non permittitur, nec ingrediatur, mandatum pauperum ibi geratur. Pomerium sub sua custodia habeat cum cellarario simul plantandi atque custodiendi.

Qualiter est agendum mandatum ad pauperes, quod cotidie efficitur.

fol. 99r XLVI.][Nam frater ille, qui hoc officium supra se susceptum habet, cum suo ministro habeat ibi omnia, que illic sunt necessaria praeparata, videlicet laebetem ubi aquam calefaciat et concam ad lavandum pedes illorum et tria linteamina, quorum unum sit deputatum propter seniores, qui ituri sunt ad ipsum officium implendum. Ilico ut pedes ablutos habuerint, manus suas ad ipsum tergant. Secundum sit pro pauperum pedibus, tertium eorumdem abluendis manibus. Baccilli adque squillam ibi habeantur pro eadem causa adinplenda. Igitur antequam surgant seniores ex prandio, quando simul sunt comessuri, vel quando sexta ora et sero cenaturi sunt, tunc habeat famulus omnia praeparata, quae ibi conveniunt, ut absque mora convenientes fratres trium pauperum obsequiis insudent, lavandorum scilicet pedum. Die dominico domnus abbas cum duobus infantibus et eorum[1]) magistro eat ad eorum custodiam: si abbas non fuerit, prior faciat in ejus vice. Deinde alii sicuti[2]) annotati sunt infra ferias in breve. Sabbato tantum magistri cum infantibus faciant. Nam continuo ut surrexerint a cena atque in ecclesia oratio consummata fuerit, tunc famulus ante fores aecclesiae tabulam pulset, et illi tres, qui ituri sunt, exeant, et primus illorum in medio veniat, et illi duo hinc et inde eant incipientibus psalmum, *Miserere mei Deus.* Cum ante ipsos fuerint, stent per ordinem, quemadmodum priores

---

[1]) Rasura. [2]) In textu: „secuti".

sunt, atque genua flectant ante eos; deinde incipiant antiphonam: *Mandatum novum* et alia quae conveniunt, et illorum pedes incipiant lavare. Continuo ut ablutum primum habuerit, ilico det ad alium linteamen, ut lavet, tergat, osculetur atque capillis capitis permundet. Ipse vero eat ubi famulus cum aqua et linteo praesens adstat, et manus suas abluat, similiter ceteri faciant. Dehinc ille, qui ex ipsis primus, accipiat aquam, et alius et alius linteamen, et ter effundat lympham in manus pauperis. Similiter unusquisque faciat osculando interim manus. Tunc sonet squillam et benedicat cibum et potum, quos eis dari debet.[1]) Primum accipiat unusquisque in manibus suis][fol. 99v
justitiam vini et libram panis, et cum gratiarum actione eis tribuat, osculando eorum manus. Tunc exinde accipiat unus de ipsis libellum, qui ibidem semper adesse debet: et hec capitula atque orationes dicentur, quae in eo sunt conscripte, et tunc inclinent se ante eos, et ex his unus dicat versum, *Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster. Et ne nos.* Capitula, *Suscepimus Deus misericordiam. In medio templi tui. Tu mandasti mandata tua domine custodire nimis. Dominus vobiscum.* Oratio, *Adesto Domine, obsequium servitutis nostrae.* Et tunc cum reverentia exeant hunc psalmum decantando, *Miserere mei Deus.* Ecclesiam peragrantibus ad gradus genua flectant, *Kyrie. Christe. Kyrie* personantibus, et hos preces deo offerant, *Pater noster. Et ne nos.* Capitulum, *Ostende nobis domine*, vel *Et veniat super nos. Dominus vobiscum.* Collecta, *Actiones nostras*, vel *Omnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros*, tunc exeant et sicut alii fecerunt, ita et faciant.

De fratribus, qui suscepti sunt in nostris societatibus.

XLVII. Hos versus conscriptos habeat camerarius in fuste lectorum sive in plumatiis ipsorum in dormitorio fratrum:

Lectulus hen fratrum venientium cernitur isthic:
Sternia lectorum cernuntur florida fratrum.

---

[1]) Totam hanc sententiam alia manus adjunxit.

Nam et ipse camerarius debet cum alio frater omnium vestimenta fratrum emere atque invenire et distribuere ad unumquemque, prout condecet et in loco est constitutum: videlicet ut omnibus fratribus det per singulos duas staminias, similiter femoralia, duas cucullas et duas tunicas cum latis manicis, duas pelliculas cum strictis manicis [1]) et tertiam cum largis. Caligas distribuat nocturnales et diurnales, pedules ad arciendum frigus; duo paria dentur ex nocte et duo ex die; et ad unumquemque singula vagina cum cultello, praeter scriptores qui duos habeant, et corrigia ad cingendum. Tabule, acus pectene cum dumento, capellum in capite quod, alium nomine capitium vocatur. [2]) In lectulo [2]) ad unumquemque deputetur lena cum pellicula investita, sagum laneum, capitale. Vestimenta sive calciamentum dum rumpitur seu suitur unusquisque frater lavet inprimis, deinde ante hostium auditorii deferat, et camerarius accipiat, et deportet ad sartores, ut
fol. 100r emendentur. De fratribus nullus][debet pergere ad ipsos, nec aliquam emendationem facere de vestimentis secundum suum libitum, nisi quod consueta fuerit monasterii, et camerarius ordinaverit. Qui alium fecerit districte dijudicetur ab omnibus fratribus, ut caeteri metuant. Nam et ipse frater semper sollicitus sit, ubicumque viderit vestimentum, et ex fratribus, quod aliquam reprehensionem habeat, ut emendetur, vel auferatur, quia ad ipsum respicit, si neglexerit. [3]) Lecta cum priore frequenter pervideat, ne alicui aliquin veniat. Palea vel fenum ipse cum sartoribus habere faciat octo dies ante festum principis apostolorum in singulos lectos. De vestimentis vero dum tribuit novos, recipiat vetustos. Linteamina opportuna manibus sive pedibus ipse provideat, similiter mantiles refectorii. Videat ut semper praecepta abbatis custodiat; similiter faciat prioris, vel decani, seu ilius, qui ordinem tenuerit, quando abbas absens fuerit, et nulla habeat sub sua cura absconsa tam iste, quam secretarii vel cellararii, quae non sint praecognita priori, seu decano; similiter de omnibus obedientiis, quia, si ad judicium venerit, et aliquid inventum fuerit ab

[1]) In rasura, adhuc legi potest.
[2]) Rasura.
[3]) In textu: negleserit.

aliquibus ex ipsis fratribus, in proprium deputabitur, et in penam mergitur, sicut ex monasterio beati gregorii papae contigit de justo monacho, et ex multis aliis coenobiis jam experti sumus. In coquina regulare sive familiare, praeter bancos et scutellulas, omnia utensilia sive cacabi[1]) praeparentur ab ipso, quae dentur a cellarario et praeposito.

De frater super horrea constituto.

XLVIII. Frater qui super orrea constitutus est ad solamen cellararii, hoc cotidie exercere debet: quod ipse namque frumenta dandi atque recolligendi sub manu sua habeat, et de ipso horreo clavem teneat, et quicquid ad artem pistoriam pertinet, omnia procurari studeat. In promtuario namque habeat locum constitutum ubi panes coadunet sub serracula, in refectorio portandum per se vel subsummissam personam decretis horis juxta mensuram, quod (!) fratres sunt. Ex illo quod remanserit ex refectione, praeter illa tantum tempora quae elemosynarius recipere debet, omnia alia sub sua providentia fiant. Pulmenta, quae a servitoribus remanserint, recipiat propter famulos in ferias, quae ad se pertinent constitutis temporibus. Ipse vero cunctorum adventantium, sive in ipsis locis morantium familiaribus][dispensare debet per semetipsum tandummodo ex panibus. fol. 100v
De stramentis ipsorum animalium, cum quibus alimenta coadunantur, ipse curam faciat, ne neglegantur a famulis. De vestimentis mutatoriis fratrum adveniente, feria tertia, habeat duo marsuppia; senioribus stantibus ad matutinalem missam veniat ipse cum ablutatorio famulorum ad deportanda illa, quibus omnes fratres, priusquam signum horae primae vel tertiae illis temporibus, quae conveniunt usque dum lectionibus vacantur, exuantur, ut cum signum pulsaverit posita habeant in locum constitutum. Infantes autem similiter faciant de vestimentis suis, ut quando ante primam exuunt nocturnales, tunc deferant illa, et in arca mittant. Illis vero temporibus quando ad tertiam insonuerit squilla, euntes pariter induant caligis, et sic demum vestimenta deportent ad gradus; tuncque pergant secessum, et in redeundo illa sumant atque in arcas

---

[1]) In textu legitur: caccatii.

effundant operi huic instituta. Nam si quis unus fratrum, oblivioni aut neglegentiae deditus, sua distulerit inibi ponere vestimenta statuto tempore, nullatenus aliter lavabuntur, et nisi prius suggerat granatario, non potest perficere. Si quis sua abluere voluerit vestimenta, absque reprehensione faciat hoc modo: qua velit feriarum die, mox ut offerendam ad missam matutinalem factam habuerit, eat et deferat in loco constituto in claustro et ibi coaptet, et tunc pergat in coquinam et auriat ex ramne capitelli et calefaciat, qua statim ut surrexerit de capitulo pergat, atque quod ei opus est, operetur. Sic ergo est agendum, ut quibus oris fratres vadunt lectionibus vel in claustro tempus loquendi non fuerit, id agere non praesumat. Pedules autem unusquisque sibimet lavent: cucullam atque tunica rarius est lavanda; tamen per se occupentur. Qui vero tam debilis est, qui hoc officium agere non valet, fratri praenotato suggerat, ut sibi efficere valeat, propter quod singulis congruum est de hac re sibi eximplere. Nam ipsa lympha de qua lavare omnes debentur, ullum tempus non praetereat quod satis non sit, quod ille frater sub sua cura habeat, cui injunctum est horreum, et
fol. 101r linteamina coquinae][ipse semper accipiat,[1]) atque per se restituat. Refectorii quippe mensales et zallas atque linteamina, quibus seniores manus tergunt, ex refectorio accipiat et lavare faciat, et ad ipsum fratrem reconsignet. Ex infirmorum domo sumat ille frater, cui ipsum obsequium injunctum est, mantilia atque zallas, et reddat ei supradicto officiario ad abluendum, ut cum lota fuerint sibi restituantur. Sabbato die adveniente, si semel comederint, mox ut de refectorio exierint, veniat praefatus frater et cum numero recipiat de manu famuli. Deinde procedant seniores, et unusquisque sua accipiat. Si bis ederint, vespere faciant quemadmodum ut supra. Nam vestimenta infantum magister illorum acquirere debet et restituere ad eos in scola, vel ad lectulos deportare cum aliquantis de ipsis.

Si opus fuerit, potest cellararius sustollere malleolum de cymbalo, tamen si aliquis melius quam soliti sunt praeparaverint. Nam ille frater, qui super orrea est constitutus, ligna,

---

[1]) Rasura.

quae danda sunt per officinas, ipse procurari faciat, quod tam habundae, ut non indigeant moneri; et ipse dividat per unumquemque, praeter infirmorum [1]) domum, in qua famuli, qui in ipso servitio deputati sunt,[1]) procurentur adquirere, quod eis sufficiant.

De secretariis, seu versiculi qualiter sunt conscribendi in calice seu patena.

XLIX. Secretari [1]) namque lavent omni quarta feria callices et die sabbatorum [1]) valde mane, omnique tempore, et cotidie perfundant ante missa una hora: et hec versiculi conscripti sint in ipsis, per unumqueque duo et †.

℣. Mystica hinc Domini sumuntur hunc sacramenta.
℣. O filii! quod sumitis amplectimini me.
℣. Sumitur [1]) huic sanguis Domini de corpore fusus.
℣. Qui bibis hinc potum cum magno sumere [2]) tremore.
℣. Vodilo nomen habens haec vasa patraverat abbas.
℣. Heinrici regis et munere contulit aris. †

De tabulis, quae debent fieri per unamquodque altare suis nominibus dedicatis in parietibus [3]).

℣. Eximie vocis praecinctis dogmata verbi
℣. Mirifica seriae residentis bartholomaei,
℣. Pontificisque simul martini jure verendi
℣. Ara micat, claro nimium decoramine compta.
℣. Et vobis proceres rutili hoc altare sacratum
℣. Summi mistes Domini johannes, jacobe, thoma,
℣. Gregoriique, Augustini sub onmate [1]) sacri.
℣. Taurini necnon confessoris venerandi.
℣. Hoc altare nitet Domini pietate dicatum.
℣. O benedicte pater columen dux et monachorum.
℣. Columbane micans sidus, dulcis filiberte
℣. Nomine mellifluo vestro domus ista refulget.

---

[1]) Rasura.
[2]) In rasura legitur „sumuntur".
[3]) Alia manus adjecit textui „scriptis".

In posteriora crucis ista scribantur.

Crux parvulorum custos. Crux virorum caput. Crux senum finis. Crux lumen in tenebris sedentium. Crux regum magnificentia. Crux scutum perpetuum. Crux insensatorum sapientia. Crux libertas servulorum. Crux imperatorum philosophia. Crux templorum destructio. Crux lex impiorum. Crux idolorum repulsio. Crux prophetarum praeconatio. Crux scandalum judaeorum. Crux adunatio apostolorum. Crux perditio impiorum. Crux martyrum gloriatio. Crux claudorum virtus. Crux monachorum abstinentia. Crux egrotantium medicus. Crux virginum castitas. Crux mundatio leprosorum. Crux gaudium sacerdotum. Crux paraliticorum requies. Crux aecclesiae fundamentum. Crux orbis terrae cautela.

De reliquiis sanctorum.

L. In imagine sancti petri continentur he reliquiae: portio de cruce domini, et de veste sanctae mariae matris domini, et de proprio corpore sancti petri apostoli, et de carne[1]) sancti jacobi apostoli, reliquiae quoque sancti stephani protomartiris, et de ossibus sancti Sebastiani et sanctae caeciliae, et sanctorum
fol. 102r XL martyrum,][et sancti georgii, et sancti innocentii et de corporibus dionysii et sociorum ejus, et de vestibus eorum, de petra sepulchri domini, et de lapide ubi dominus stetit, quando ascendit in coelum, et de praesepio domini et de sepulchro sancti lazarii, quem dominus suscitavit, et de virga moysi. Ossa taurnini[2]) episcopi. Reliquie sancti marcelli martyris cabilonensis, et ossa sanctorum confessorum Siluri et agricolae, episcoporum cabilonensis civitatis, aliorumque plurimorum sanctorum. In capsa argentea continentur corpus sancti marcelli papae, et reliquiae de proprio corpore sancti gregorii papae, et portio capillorum sancti majoli in vase vitreo.

---

[1]) Rasura.

[2]) Sic legendum credimus „O'ssasataurnini"; de festo sancti Taurini videsis supra: Die ante octavam s. Laurentii.

De breve librorum quod fit in capud quadragesimae.

LI. Warnerius collationem piamonius. Odulricus collatione cassiani. Christoforus pastoralem. Adalgisus psalterium. Andreas, remigium super psalmos. Gregorius origine in jesu nave. Gauzmarus, Ysidorus testimoniorum de deo. Fredericus ciprianum. Gerardus exameron ambrosii. Gualo, augustinus de trinitate. Gerardus XL^a^ homeliarum. Petrus moralia job. Teobaldus, Johannem crisostomum in matheo. Stephanus psalterium suum. Stephanus ambrosium aut petrum in apocalipsim. Raymundus, augustinum super psalmos. Tedricus, hieronimum de phylosophia. Johannes, hieronimum super prophetas. Johannes, dicta sancti basilii. Aldulphus, hieronimum in esaiam. Arnulfus, augustinum de natura et gratia. Humbertus, vita s. siluri. Leodegarius, expositionem in Pentatheucum. Ledricus, aimonem super genesim. Martinus, aimonem super esaiam. Ambaldus, remigium super ecclesiasticum. Robertus, vitam sancti theuterii. Girbertus, rabanum super aecclesiasticum. Walterius passionalem. Atto, epistolas pauli. Benedictus, effrem de compunctione. Johannes vitae mariae egyptiacae. Saturninus henchiridion augustini. Fr. Wirardus historiam josephi. Fr. Stephanus, Ysidorum ethimologiarum. Fr. Heinricum librum regum. Fr. Genbertus, aurelianus augustinus super psalmos.[1] Fr. Rainerius, Cassiodorum super psalmos. Fr. Umbertus storia aecclesiastica eusebii caesariensis. Almannus, augustinum de doctrina christiana. Lando, ysitium in leviticum. Hugo prognosticorum. Petrus, augustinus de simbolo. Laetus, ambrosius de conflictu vitiorum. Aribernus, rabanum in threnos hieremiae. Ebrardus vitam johannis heleymonis. Edradus, augustinus super epistolae canonicae. Jocelinus, gregorium in ultimam partem hiezechielis. Girbinus libellum de disciplina christiana. Gerardus, Bedam de templo salomonis. Popo, Eugipium de opusculis Augustini. Silvinus, rabanum super regum. Sigualdus, rabanum super XII^ci^ prophetae. Petrus historiam titi livii. Stephanus expositio rabani in machabeorum librorum. Petrus, augustinus super psalmos.

[1]) Rasura.

Benedictus, alcuinum de trinitate. Girbertus historiam anglorum. Fr. Bernardus orosium. Fr. Umbertus, augustinus de civitate dei. Fr. Martinus, Aymonem super epistulas pauli. Fr. Stephanus, aimonem supra apocalypsim. Fr. Arpertus, bedam super parabolas salomonis. Fr. Otmarus concordia regularum.

De infirmis fratribus qualiter ab ipsis vel a ministrantibus eis agantur.

LII. Infirmi fratres, ut missi fuerint in domo infirmorum pro sua egritudine, ad nocturnale obsequium, mox ut signum insonuerit, surgant et ipsi veniantque in oratorium sanctae marie, faciant orationem, prout dominus melius dederit, residentibus demum in loco suo, dumque iterum pulsatur signum, muniant se signo sanctae crucis, et incipiant canticum gradum. Illi fratres, qui non valent surgere, eant famuli servientes eis et educant illos substentantes ulnis suis in aecclesia, atque collocent, ut melius potuerint. Ingratum nulli apparere debet hoc factum, quia saepe vidimus in eodem die fratrem finire ex hac luce et ad christum transire, etiam in ipsa ecclesia exalare spiritum. Qui de talibus dubitet, quod non statim ad regna polorum penetrare? Divina opera dulcia sunt volentibus, amara videntur nolentibus. Ita debent opus Dei per omnia agere, sicut illi in monasterio, praeter quod leniter atque cursim dicant, intervallum non agant, *Deus auribus* dimittantur, expleto opere dei revertantur dormitum. Illi vero, qui ita nimietate infirmitatis detinentur, quod nullo modo consurgere valeant, mox ut in monasterio fuerint celebrata nocturnalia obsequia, annuat ille, qui ordinem tenet, duobus e fratribus, qui illis dei opus decantent. Surgentibus vero illis ut supra ex lectulis suis, luce diei apparente, vel orto jam sole lavent manus atque facies suas, et conveniant in oratorium sanctae mariae, et audiant missam ab illis sacerdotibus, qui illic primum mane ibi conveniunt: at ubi minus adsunt, veniat frater, qui sollicitus est super eos in claustro, et annuat fratri quem ipse velit, exeant, et dicat, et qui communicare vult, faciat. Nullo quippe tempore praeterire debent, quod ipsi infirmi sacram per singulos dies non audiant. Legere autem

aut missas canere nulli ex ipsis liceat facere, quandiu illic fuerint, praeter psalmos memoriter aut psalterium si voluerint.

Ante][tertiam habeat omnia praeparata custos ipsorum, fol. 103r
cum suis famulis, unicuique mensulam longitudines trium pedum, latitudines unius et semis, ponere quippe debet per unamquamque desuper linteolum, justitiam vini, et panis libram.

In monasterio dum signum pulsatur hora tertia, conveniant in basilica gloriosae virginis mariae, et debitum impensum solvant. Exeuntes inde qui vult comedere aliquit quasi in loco[1]) mixti faciant, et si velint possuntque agere sextam insimul et edere priusquam sonetur. Et quando expectant ad sextam, mox ut pulsaverit signum, accedant et ipsi ad hora. Exeuntes veniant atque manus suas lavent, et eant epulare. Versum ad mensam dicere debent sicut in refectorium; per unamquamque ministrationem, ut data eis fuerint, semper benedicant. Ipsorum procurator quot vicibus cum scutellulis intraverit janua[2]), tot vicibus *Benedicite* semper dicat, aliis respondentibus *Dominus* cum omni gratulatione adque dilectione. Versum post cibum ibi dicant. Omnes namque horas in ecclesia canere debent. Quicquid remanserit, ad cellararium reddantur, praeter illa, quae famulis sibi servientibus ex carnibus vel pulmentis danda sunt ab illo fratre, qui huic officio praeest. Infirmis fratribus non pertinet eis quicquam dare. Elemosinarius vero[3]) illis diebus, quibus ex refectorio recipit panem et vinum, ita et ex hac mansione accipiat.

Quidquit infirmi petierint, eis dandum est; etiamsi emere opus sit. Regula namque praecipit ante omnia et super omnia adhibendam infirmis esse curam ac sollicitudinem.[4]) In ipsis quippe cellulis habeat procurator frater omnia, quaecumque illis necessaria fuerint: videlicet utensilia: bacciles, manules, situle vinarie atque aquarie, caldarie, cremium ad minora agenda; scutellule, justitie illorum cum suis sciphulis. Quando fratres se radunt, ipsi uno die][ante se radant. Si aliquis fol. 103v
ex ipsis exiturus est in crastino, cum senioribus faciat.

---

[1]) Verba haec „quasi in loco“ alia manus adjecit.

[2]) Rasura quasi 2½ cm. longitudinis.

[3]) Rasura.

[4]) Reg. S. Bened. c. 36.

Sabbatorum vero dierum post vespera habeant famuli aquam calidam, ut ipsis infirmis pedes lavent. Quotquot e fratribus exusti fuerint, ibi faciant suam necessitatem; famuli ipsius loci folia praeparent, tamen in uno angulo cum magna cautela, et quando calefactorio facturi sunt, famuli cellararii praeparata folia habeant.

Undecumque revertitur domnus abbas debet ibidem venire, et inquirere unumquemque, quot habeat sive morum animae sive corporis valetudine, vel si aliquid necessitatis aut negligentie a servitoribus vel a cellarariis patiantur. Et ut inspiciat si aliquis ex iis bene convaluerit cui licentiam det redeundi in claustrum, quia sine jussione nullus nec egreditur, nec ingreditur. Similiter faciat prior, vel ille, qui ordinem tenet. Ille enim frater, qui claustro revertitur agat ita: mox ut signum prime vel secunde ore pulsaverit, infantibus in primis transeuntibus tunc veniat ille post eos in choro in loco suo, et faciat omnia ut alii. In capitulo, mox ut dixerit ex nostro ordine *Reminiscimini*, surgat ille, faciat satisfactionem et accuset se de suis negligentiis. Tunc absolvat eum domnus abbas et jubeat ei decantare septem psalmos, vel solummodo *Miserere mei Deus*, loco poenitentiae, procidat quippe ille ad ejus vestigia, dein veniat in loco, ubi prius stetit, et inclinet se iterum abbati. Ex tunc inclinet hinc et inde contra seniores, imprimis choro abbatis, eademque et ipsi faciant. Jubente abbate eat sedere in loco suo. Cum pueri in ipsa domo conducti fuerint, tunc suscipiat unus ex ipsis senioribus, qui ibi sunt, illorum custodiam, qui sua providere sciat et aliena non neglegere. Horis namque competentibus quibus aliis cum
fol. 104r lanterna [1]) procedere mos est, similiter et ipse faciant.][Prope luminaria jaceant, non juxta se. Exinde exeuntes pro hoc satisfactionem non faciunt ad majorem capitulum nec ad suum. Majores fratres, qui carnem ibi non edit, baculum gestare manibus minime debent. Satisfactio in capitulo illis nec conceditur.

Procurator frater cum aliis in dormitorio quiescere debet. Famulis, qui in hoc obsequio deputati sunt illis horis, quibus

[1]) In textu legitur: „interna".

seniores in claustro sedent sine conductore ex monachis transire nequaquam permittitur. Discaltiati nullis horis incedere debent. Ante luminaria jaceant in uno, qui ipsum lumen semper procurent reviviscere. Exeuntes completorio aquam benedictam ipsi egri cotidie accipiant, quam ibi ante januam praeparatam inveniant. Et illorum custodes singulorum lectis aquam benedictam aspergant. Laternam secum ferentes, postquam omnes jam requiescunt, perspicere debent qualiter unusquisque agat. Candela igitur per unamquamque ex ipsis cellulis ardeat usque mane; vel sic coaptentur in illis cellulis quae viciniora sunt, ut posita luminaria in fenestulis parietis ut ambe illuminentur, si minus unde lumen accendatur habuerit, aut inveniri minime possit, ut per singula ardeat.

Item infirmos fratres sic debent visere sodes.

LIII. Multas superius causas praetermisimus, quas nunc inserere dignum ducimus. Si aliquis frater de claustro voluerit infirmum aliquem visitare, requirat a priore licentiam, sine qua nullatenus debet intrare. Cumque licentiam habuerit incipiat psalmum, *Domine ne in furore tuo* primum, ipsumque dicat in itinere; post psalmum dicat, *Pater noster. Salvum fac servum tuum. Mitte ei domine* et oratio, *Omnipotens sempiterne Deus, salus aeterna.* Cum perveniet ad infirmum dicat, *Benedicite.* Deinde interroget eum de infirmitate sua qualiter laboret, et quale patientiam habeat et bonam exortationem adhibeat. De corporalibus vero nihil interroget. Si autem frater infirmus][de aliqua necessitate complanxerit, ad fol. 104v
priorem veniens dicat: per vestram licentiam ad infirmum illum veni, set de talibus rebus quaerimoniam audivi. Ad priorem autem pertinet de talibus, si justum fuerit, providentia habere.

Item. Frater vero qui pro sua infirmitate mittitur in infirmorum domo et ibi dormierit atque comederit, carnem tamen non ederit, si voluerit pergere in ecclesiam, potest transire per conventum fratrum, si tempus fuerit loquendi in claustro; ipse tamen dum veniens *Benedicite* dicat et eat. Sedendi aut conloquendi non est ei licitum, necnon ad

capitulum vel collationem introeundi. Interim ille frater, qui usque a diem sui exitus manserit ibi, et quicquid regulariter potest, explet illuc. Si ei aptum visum fuerit sedere in claustro, licead (!) ei, etiam et ad capitulum atque collationem venire, per usum tamen non exquiritur ab illo, si defuerit. Verum ipse se prospitiat undique, quia de omnibus bonis, quae possumus adimplere, et non facimus, deo rationem reddituri sumus, etiam ex cogitationibus, quanto magis factis. Claudi vel senes, qui inhonestant conventum aut debiles sunt, in ipsis cellulis maneant, dormiant, edant, atque opus dei audiant, et quicquit eis opus fuerit, ibi agant. Frater illarum cellularum provisor cum suis famulis curam super eos de omnibus exerceant quae illis opus est, ut non indigeant.

Qualiter agendum est, quando ingreditur congregatio in domum ad visitandum infirmum.

LIV. Prior namque ante capitulum inspiciat ipsum infirmum et interroget si velit accipere corpus domini aut ex oleo sancto ungeri. (!) Tunc infirmus patefaciat suam voluntatem, et confessionem agat cum abbate, vel priore. Veniente capitulo post sermonem factum studeant indicare congregationi infirmi desiderium, denique nobis rectum videtur, ut eamus insimul gratia invisendi. Congregatio itaque ex uno affectu et di-
fol. 105r lectione][respondeat: Postquam vestra voluntas est, a nobis cum gratiarum actione hec jussa ex fratris amore et vestra praeceptione libenter excipimus.

Surgentes e capitulo eant oratorium sanctae mariae canendo quinque psalmos pro defunctis. Exeuntes, prior sonet tabulam si tempus fuerit loquendi in claustro absque morali colloquio quousque ex illo redierint. Venientibus in choro eat sacerdos induere alba, et stolam superponat. Tunc sint quattuor conversi, quorum unus accipiat aquam sanctam, alius crucem, tertius turibulum, quartus oleum sacrum. Abbas namque imponat psalmum, *Miserere mei Deus,* sicque per ordinem incedant. In primis aquam sanctam et crucem et tunc subsequantur incensum atque vas cum oleo. Deinde sacerdos post illos, ex hinc infantes, et tunc domnus abbas; alii veniant bini ac bini

sicut sunt priores. Cumque ibi fuerint primum dicat sacerdos, *Pax huic domui,* respondeant caeteri, *Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.* Tunc faciat incensum et aquam sanctam. Oratio: *Omnipotens sempiterne Deus qui per beatum apostolum tuum dixisti.* Post hanc orationem omnis congregatio psalmos hos decantent: Videlicet septem speciales cum antiphonis sequentibus per unumquemque sicuti in collectario sunt inserte, qui tamen moderate omnia, quae dicturi sunt, dicant, ut sacerdos cuncta, quae debet agere, tranquille explere queat; atstantibus per ordinem quemadmodum in choro. Infantes cum magistris ita maneant veluti mos est ad processionem prae regi astare. Sacerdos autem incipiat ungere infirmum imprimis visus, sive ceteros sensus corporis, et dicat repetendo per unumquemque, *Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quitquit peccasti per visum.* Peruncto denique infirmo lavet presbyter manus suas, et tunc procurator infirmi accipiat ipsam ablutionem, et in ignem projiciat, et dein tollat vas et lavet os[1]) infirmi et mittat in infusorio aecclesiae aut in focum.

Dum hec patrantur sacerdos cum quattuor conversis pergat in ecclesiam et tollat inde corpus domini et calicem][fol. 105v desuper opertum mappula, et duo conversi accipiant candelabra, tertius turibulum et quartus ampullam cum vino, et tunc veniant hos psalmos decantando, *Miserere mei Deus. Deus in nomine tuo. Deus misereatur. Deus in adjutorium.* Cum domum intrare caeperint omnes flectant genua contra dominicum corpus etiam ipse infirmus in quantum se valet erigere, et tunc communicet eum, ac profundat digitum suum cum vino. Psalmos denique expletos, dicant *Kyrie eleison. Christe. Kyrie. Pater noster.* Capitula: *Ostende nobis. Mitte ei dominus. Nichil proficiat inimicus. Esto ei domine turris fortitudinis,* et hanc orationem: *Deus, qui famulo tuo ezechia,* et alias, quae sequuntur. Post hec ossculetur isdem infirmus crucem atque omnes fratres, etiam[1]) infantes. His expletis incipiat abbas psalmum, *Miserere mei Deus,* et sic omnes cum silentio recedant.

---

[1]) Rasura.

Item. Alius ordo ad infirmum ungendum.

LV. Si quis frater[1]) constrictus fuerit ab infirmitate, ut necesse sit oleo sancto perungi, debet custos infirmorum hoc intimare abbati vel priori, si abbas non adest. Quod si viderit prior necesse esse, dicat in conventu fratrum. Ille vero infirmus si tantam virtutem habuerit, ut ambulare possit, ab uno videlicet, sive a duobus fratribus sustentatus, debet venire in capitulum et prostratus coram abbate et omnibus fratribus petat veniam de omnibus negligentiis et peccatis, quae commisit, et data absolutione prosternat se abbas et omnes fratres coram illo fratre petentes veniam, si quit delicti contra[1]) illum commiserunt, ut ille frater absolutionem similiter ad illos faciat. Qua data frater ille absolutione revertatur ad lectum suum, fratres vero cum exierint de capitulo pergant simul omnes in majorem ecclesiam, si tempus loquendi in claustro non fuerit, cantando psalmos, qui post capitulum dicendi sunt; interea dum cantent psalmos in choro, et revestiat se sacerdos ebdomadarius in alba stolam abens ad collum et secretarius praeparet urceolum cum aqua benedicta et crucem, et duo candelabra, et ampullam cum oleo sancto et pergant ita
fol. 106r omnes][pariter ad infirmum visitandum, sive inungendum cantando psalmum, *Miserere mei Deus*, quo expleto dicat, *Kyrie. Pater noster. Et ne nos. Salvum fac servum tuum. Mitte ei domine. Omnipotens sempiterne deus, qui per beatum apostolum tuum dixisti.*

Qualiter ad exitum animae agatur.

LVI. Mox ut anima ad exitum propinquasse visa fuerit, communicandus est homo ipse corpore et sanguine domini, etiamsi ipsa die comederit, quia ipsa communio est ei ad adjutorium contra diabolum et insidias ejus. Si autem quiddam supervixerit legendae sunt passiones, agatur letania ab omnibus pro ipsa anima, decantentur psalmi et celebrentur orationes intente, et famuli die noctuque custodiant eum et aspiciatur sine intermissione tam ab ipsis quam a fratre,

---

[1]) Rasura.

qui super ipsos procurator est. Dum viderint eum jam prope exitum esse, levent eum de stratu in quo jacet, et abeant coaptatum antea in uno lectum et positum sagum cilicinum et cinis desuper missa sit. Tunc accipiant egrum et ibi collocent prout melius potuerint: Quia filius christiani non debet migrare nisi in cinere et cilicio, sicut jam in multis exempli(s) sanctorum experti sumus[1]).

Cum vero jam anima e corpore viam universe carnis ingreditur, et extremis sicut consuetudo est tabula sonuerit, quocumque locorum fratres audierint, statim debent incipere, *Credo in unum Deum*, et illuc cum omni festinatione venire sive in dormitorio, sive in refectorio fuerint. Si vero regularis hora jam cantatur in aecclesia, quos domnus abbas, vel qui ordinem tenet illuc ire jusserit, illi veniant; reliqui cum infantibus in choro, donec consummetur illud ministerium remaneant[1]). Si vero in refectorio fuerint omnes pariter veniant. Omnibus autem illuc venientibus cum nicaeni synodi fide, id est, *Credo in unum Deum*, ibi pariter constituti fideliter decantaverint: si adhuc supervixerit psalterium incipiant, donec anima de corpore fuerit separata. Tunc simul signa pulsentur et officium mortuorum agatur, post officium dicant vesperum et quinque psalmos. Cum omnia, quae ad lavandum corpus necessaria sunt, praeparantur,][tunc separentur in unam fol. 109v
partem fratres cum infantibus praeter illos, qui corpus lavare debent, et in feretro mittere. Cum fuerit lavatum induant ei staminia, dein sudarium[2]) et cuculla, et super crura ejus induantur calciamenta, femoralia nequicquam. Brachia ejus super pectus collocentur, dein linteum sternatur et pallium supponatur. Debet ibi esse sacerdos cum stola sine alba, duo candelabra, crucifixum, turibulum atque aqua sancta. Tam ipsi, qui hoc officium faciunt, quam illi, qui lavant dicere officium mortuorum debent ibi et orationem, *Inclina Domine*. Ad vesperas solummodo haec oratio, *Praesta Domine*. *Verba mea* videlicet quinque psalmos, collecta, *Absolve Domine*. Quod si amplius persteterint, imponant hos psalmos, *Deus*

---

[1]) Rasura.
[2]) In textu „sadaria“.

auribus. Deus venerunt gentes. Deus ultionum. Deus noster[1]) et alios qui sequuntur[1]), vel psalterium inchoentur.

Cum peracta omnia fuerint pulsentur tabula. Dicatur ab abbate vel sacerdote, qui ebdomadarius est, *Pater noster. Et ne nos.* Capitulum sicut in collectario continentur. Collecte, *Deus vite dator* et aliae, quae sequuntur. Cunctisque fratribus cum cruce et aqua benedicta, turibulum vel candelabris praecedentibus et hoc responsorium imponentibus[1]), *Subvenite sancti dei,* signisque sonantibus ad ecclesiam primum sancte marie, posito feretro altare aromatizet. Responsorio finito dicantur preces, *A porta inferi. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo;* pro illo singulariter oratio, *Deus veniae largitor.* Deinde aliud responsorium imponentes, *Heu mihi domine,* et deferatur corpus in monasterium interim signis pulsantibus[2]), donec in loco ubi constitutum est collocetur. Ponatur a capite crucifixus, hinc et inde candelabra quousque ibi permanserit corpus. Tunc si de refectorio ad istam revocati fuerant et illum ordinem non perfecerant aliquibus fratribus, ut psalmos ibi cantent, remanentibus reliqui ad refectorium revertantur, et ubicumque dimiserant, ibi incipiant, donec finiatur lectio, dictoque versu ad ecclesiam revertantur.

Quamdiu dies est juxta corpus debent sedere omnes et
fol. 107r psalmos dice][re, praeter illos, qui in talibus rebus occupati sunt, quas omnino dimittere non possunt. Armarius autem debet in tabula nominatim fratres mittere, qui primam vigiliam faciant, et secundam, et ita sicut noctis est longitudo temperare, aut ut in singulis vigiliis dicant psalterium cum officio mortuorum et matutina ipsorum et vespera et quinque psalmos aut C^tu psalmos et officium. Post matutinas vero laudes si fratres exierint, quibus prior jusserit ibi remaneant, et ipsam ibi, quam alii in capella dicunt psalmodiam, cantent. Postea vero magistri cum infantibus quicquid noctis superest, vigiliam faciant, donec alii possint fratres occurere. Quicumque possunt missas dicere, faciant, et ad corpus iterum revertantur. Missa vero matutinalis pro ipsa anima solempniter celebretur in choro; pulsentur signa, quattuor pueri sint vestiti, unus in

---

[1]) Rasura. [2]) In textu: „pulsaltibus".

choro cum cappa, alius ad lectionem sit in casula: Lectio sine casula proferatur, duo alii in albis ad responsorium canendum. Diaconus in casula evangelium recitet. Duo conversi candelabra, tertius turibulum deferat. Sacerdos unam collectam dicat tantum, *Omnipotens sempiterne, cui numquam sine spe.* Ad offerendam omnes conveniant; post iterum psalmodia dicatur. Post missam vero majorem sepeliendum est corpus; nisi res talis evenerit, quod tamdiu servari non possit.

Missa majore completa prior signum tribus vicibus sonet, ut omnes conveniant, et candelas a secretario suscipiant et obsequium mortuorum faciant et circum feretrum omnes stent. Illi namque fratres, qui in domorum infirmorum positi sunt et surgere potuerit e lectulis, veniat procurator illorum, accipiat cereos a secretario et tribuat eis in oratorio sancte marie, qui stent ibi quousque seniores remeaverint inde. Infantes ex una parte cum magistris sicut processione, facies suas contra orientem.

Duo fratres videlicet armarius, et unus ex aliis veniant et stent juxta defunctum conclament,][*Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.* Sacerdos, qui ebdomadarius est, sit vestitus alba cum stola et dicat: Oratio,[1]) *Non intres in judicium.* Peracta accipiat turibulum et incenset altare majus tantum et corpus. Illi duo ut supra incipiant responsorium, *Heu mihi domine,* dein *Kyrie eleyson.* Sacerdos oratio, *Fac quaesumus domine.* Denuo aromatizet altare et defunctum, duo ut supra fratres responsorium alium (!) et *Kyrie eleyson.* Sacerdos oratio, *Inclina domine* et incenset aram et feretrum. Deinde levetur corpus de aecclesia, pulsentur signa. Antiphona, *In paradisum,* procedant omnes per ordinem. Inprimis aqua sancta, crux incensum et duo candelabra. Subsequuntur infantes cum magistris. Adjungantur eis conversi, qui nesciunt cantare; dein alii, duo et duo, sicut sunt priores. Ad extremum sacerdos et illi, qui deferunt feretrum.

fol. 107v

Cum ad sepulturam venerint fratribus in circuitu stantibus sicut in choro, et in medio collocatis infantibus, sicut mos est stare ad processionem janue aecclesiae, sacerdos cum

[1]) In textu scriptum erat primitus: „Oremus, *Ne intres*".

incenso et aquam benedicta, vel omni processione super fossam debet stare; psalmos fratribus canentibus ipse debet et collectas dicere. Cum vero post canticum *Benedictus* antiphona fuerit dicta, sacerdos pronuntiet omnibus audientibus, *Pater noster*. Qua oratione finita dicat preces solitas pro defunctis et oratio, *Tibi Domine commendamus*. Tunc debent dimittere signa et extinguere cereos et prior incipiat, *Miserere mei Deus*, pro animabus quarum ibi requiescunt (sc. corpora). Iterum dicat sacerdos, *Pater noster:* postea orationem, *Deus cujus miseratione*. Iterum priore incipiente dicant septem psalmos in choro prostrati. Si ante lucem frater obierit, ipsa die mittatur in terram, servata, quae supra dicta est, omni consuetudine. Omnes etiam decani, vel fratres alii, qui infra unam aut duas leugas fuerint, cum omni caritate debent occurrere, et ad vigilias vel ad sepulturam adjuvare, et nullum in monasterio vel in refectorio, vel in infirmorum domo nisi infantes, aut graviori infirmitate
fol. 108r detenti antequam corpus sepeliatur vel cibum debet sumere,][aut fores debet exire.

Si sacerdos fuerit, sacerdotes debent corpus abluere, et totum funus providere, ad aecclesiam portare et in terra mittere. Si levita fuerit, levite. Si laicus, laici. Si contigit, ut de pueris monasterii moriatur, debet fieri per omnia sicut de majoribus fratribus. De ipsis infantibus lavent atque in feretrum eum collocent, et in ecclesiam deportent, et postmodum tempore constituto ad fossam deferant, sive in terra mittant. Post capitulum tabula pulsata nullus loquatur in claustro, sed omnes eant ad corpus, praeter illos, qui in variis officiis fuerint occupati.[1]) Quamdiu est corpus fratris defuncti super terram, nullus loquatur in claustro. Ipso die non tenent pueri[1]) capitulum, et elemosynarius accipiat quicquid remanserit de refectorio, panem et vinum. Si ante lucem vel ante capitulum migraverit, debet eum domnus abbas absolvere post[1]) sermonem factum; si postea, fiat in crastinum. Armarius inscribat tabella sex fratres nominatim, qui usque ad trigesimum diem sine intermissione cotidie offerant deo sacras hostias pro illa anima. Unusquisque ut expleverit

---

[1]) Rasura.

quinque missas semper in capitulo notum faciat, ut alius succedat.

Voce mea per omnes horas cantabuntur a fratribus et *Verba mea* post matutinum omnium sanctorum, et *Deus auribus nostris.* Usque at tricesimum diem cotidie justitiam panis et vini et totius stipendii elemosinarius accipiat. Breves pro ipsa anima armarius faciat, et cellararius per priores et decanos faciat nuntiari, ut et ipsi per ceteros transmittant tam per sua subjectanea loca quam et in nostris orationibus commissis abbatibus vel caenobiis. Vestimenta autem ejus deferantur ad famulos abluenda: de his autem, qui lavator fuerit, unum denarium accipiat. Dum fuerint nitidata camerario reddantur, et ipse in capitulum deferat omne, quicquid super lectulis fuerit, quae per singula non est opus dinumerari, sed usque ad minimam perveniamus, etiam acus deportetur, quanto magis alia. Libros autem si abes, in armario ponantur et unusquisque secundum quod accipit de illa re et ei praecipitur, faciat pro hoc munusculo.

Si obierit frater post missam majorem et omnino servari non possit in crastino, ipso die][tumulandus est; quia necessitas permittit. In crastino autem missam matutinalem sollempniter pro ipso agant, ut mos est in officio pleno. Si cui autem per sompnium ipse defunctus apparuerit in crastino, cum satisfactione ipsam causam notam faciat: quia de hoc sanctus Augustinus ait: *„Quia non derelinquid eum suus angelus, quamdiu eum potuerit adjuvare."* Illi, qui ei noti fuerant, vel sui consanguinei pro illius intercessione atque saluberrimarum missarum offerendarum deo sacrae immolationis hostiae vel elemosynarum condonatione[1]) legationem, pro quibus dominus procul dubio propitiabitur ei nisi tam gravis commissa culpa sit, ut orandum non sit pro eo. Sic beatus johannes dicit, ut non oretur pro impiis defunctis, quod absit ut ex nostro ordine aliquibus contingat[1]) tum debet eum absolvere domnus abbas, vel ille qui ordinem tenuerit, illo tempore si abbas defuerit, et hoc jubere, ut omnes sacerdotes agant pro eo missam, alii fratres, qui non valent, faciant adjumentum de psalmodiis sicut imperatum eis fuerit.

fol. 108v

---

[1]) Rasura.

Extra locum fratris defuncti cernitur usus.

LVII. Cum aliquis frater nostrae congregationis in alio loco finierit, statim quando nuntius venerit debet prior sonare tabulam, si talis hora fuerit, qua convenire possint. Si postquam prima fuerit incepta venerit, dicta prima et matutinali missa ad capitulum venientibus omnibus ibi nuntiatur, et cum inde surrexerint statim officium pro defuncto pulsantis(!) signis faciant. Si ad refectorium ituri sunt et antequam squilla sonet, prior breve acceperit, antequam manducent pulsata tabula officium faciant. Si post cibum venerit et meridiana non sunt agenda fratribus statim fiat et servitoribus, ut remaneant, licentiam donet. Si vero meridianam debent agere, et post nonam pulsata fuerit tabula, dicto versu officium fiat, et qui ipsa die post vesperas officium solent agere, remaneat, si alter nuntius non veniat; sed si ante nonam factum fuerit propter hoc quod solitum est non remanebit.

Talis in requie fratrum celebrabitur usus.

LVIII. Si aliquis ex monachis, qui subjacent nostris locis, defuncgitur (!), et tam longe positi sunt, quod ad monasterium omnino deferri non
fol. 109r valent, tunc illi fratres, qui in ipso loco][consistunt, faciant per omnia sicuti in monasterio majori noviter defunctis usus est agere, et cum legatus ad caenobium devenerit faciant pro eo plenum officium septem diebus; signa non sonabuntur nisi [1]) in illo, qui in primis caelebratur, et triginta diebus detur justitia, necnon et *Voce mea*, [1]) et quinque psalmi cantentur pro illo, et in Regula atque in libro vitae scribantur. Similiter debent agere omnibus locis respicientibus ad nos. Et si in illo loco sacerdotes tanti non habentur, ubi ille frater defunctus fuerit, qui missas impleant triginta dierum, monasteriales fratres faciant.

Item. De illis monachis, qui habent factam professionem in ipso loco ubi degunt. Nullus e fratribus debet ire ad confitendum ei sua facinora, nec ad ullum laicum sive clericum.

---

[1]) Rasura.

Cucullam transmutare debet, et qualicumque die evocatus fuerit de ergastulo carnis, unum officium efficiant pro eo, nisi abbati visum fuerit propter misericordiam plus jubere. Similiter de monachis, qui de foris veniunt ex alio[1]) monasterio pro aliqua[1]) legatione vel sua necessitudine, quamvis nostram societatem habuerint, nullus debet prodere sua delicta eis, quia saepe evenit, ut plurima destructio fiat in ipso loco. Etiam in capitulum non sunt pergendi, nisi abbas jusserit vel prior,[1]) si abbas non adest.[1]) In claustro juvenes, qui sub custodia sunt, vel novitii fratres nullum colloquium habere debent cum illo.

Ex illis namque monachis, qui in nostris societatibus sunt suscepti, cum legatus advenerit in caenobium, tandiu proteletur quousque in capitulo fuerint nuntiatum die crastino, et tunc absolvat eum domnus abbas ab omni vinculo delictorum, vel prior, sit abbas non est. Surgentibus e capitulo eant in aecclesiam, mox, ut fuerint dicti psalmi pro defunctis pronuntiati, sonentur omnia signa, et dicantur pro eo quinque psalmi et fiant. Pro abbate vero totum plenum officium efficiant.

In anniversario, si cappa fuerit in choro et tria candelabra ante altare, et diaconus et subdiaconus casulis, qualiscunque frater fuerit, sic habebunt generalem et ad potionem pulsabitur squilla.

Eger extra monasterium accipiens habitum, et si ibi finierit, nichil agendum est pro eo a fratribus, nisi tantummodo corpus ejus in cimiterio fratrum][condiendum, vel in fol. 108v tali loco dispositum, ubi talis defunctus mittatur, nullo modo in populari cimiterio ponatur. Nam si in domo infirmorum deportatus fuerit, et ibi finierit, tunc agatur pro eo omnia sicuti de alio fratre, etiam *Voce mea* pro eo canatur.

Item. Cum nuntius de quolibet defuncto fratre professo venerit, statim pulsetur tabula, et eant in aecclesiam, pulsentur cuncta signa et agatur officium mortuorum. Tres candele sint ante altare ipsa hora. Ad primam missam, quam pro eo cantaturi sunt, sit unus infans in choro cum cappa.

---

[1]) Rasura.

Dictis psalmis familiaribus et *Benedicamus Domino*, statim pulsentur omnia signa; alii duo pueri ante altare albis vestibus induti dicant responsorium, diaconus et subdiaconus in casula, et tres conversi quorum duo candelabra, tertius turibulum.

Quando obierit aliquis de parentibus monachi ipsius loci, pater, aut mater, vel soror, et ei nuntiatum fuerit, in crastino satisfactionem faciat. Interrogatus vero, *Quid petitis?* Ille respondeat: *Domini misericordiam, mercedem vestram precor.* Tunc surgat et absolvat eo prior ipsum defunctum, et frater procidat ad vestigia ejus. Debet jubere abbas vel prior, si abbas non est, ut omnes dicant quinquaginta psalmos. Qui non scit psalmos cum solo *Misere mei deus* potest ea adimplere, et qui tam insciolus est, faciat cum *Pater noster.*

In anniversarium eorum, ipse frater, cujus parentes sunt, quando evenerit, sacerdotes tantummodo roget privatim, ut orent pro eis.

De pleno officio quando celebraturi sunt hoc modo agendum est.

LIX. Ad vigilias pulsatis cunctis signis tria candelabra ponantur ante altare et ad missam. Ad matutinalem missam denuo pulsentur omnia signa. Sint quattuor infantes revestiti, unus in choro cum cappa, alius legat epistolam cum casula. Ad *Kyrie eleyson* exuatur; lecta epistola rursum induat, et stet in choro in loco suo usque dum finiatur missa. Duo vero in albis, ut cantent responsorium et tres conversi, duo ad candelabra et tertius ad turibulum deferendum per chorum, in primis ad infantem, si in choro
fol. 110r stat propter officium, deinde per omnes fratres.][Diaconus in casula ad evangelium legendum. Perlectum evangelium infants deferat per omnes, qui in choro stant. Sacerdos imprimis[1]) dicat collectam illius, pro quo officium dicatur, deinde alias orationes, quae consuetae sunt. In ipso die debent fratres habere in refectorio terna pulmenta ad eden-

---

[1]) Rasura.

dum qualiscunque dies fuerit, et potio propinetur per omnes fratres cum sonitu squille.

Pro abbate ipsius loci. Ad vesperas post commemorationem sanctorum pulsentur omnia signa, et cantentur vesperae mortuorum, quinque candelabra sint ante altare in ipsa hora, et tam ad vigiliam quam ad missam. Officium quale feriatis diebus evenerit. Responsorium, *Si ambulem*, a duobus infantibus in albis vestitis decantetur. Tractum, *De profundis*, a duobus fratribus in albis; reliqua alia omnia, ut supra positum est, sic celebrantur.

In anniversaria Imperatorum officium, *Ne tradas bestiis*. Responsorium, *Si ambulem in medio umbre mortis*. Tractum, *Commovisti domine*. Offertorium, *Erue domine animas eorum*. Communio, *Ego sum resurrectio*.

Si occurrerint fratres alicujus corpori defuncti, in eundo hos psalmos decantent, *Miserere. Deus in nomine tuo. Miserere mei Deus, miserere mei. Deus misereatur nostri. Deus in adjutorium meum intende. Ad dominum cum tribularer* usque in finem psalterii, si tantum perstiterint. Per ordines eant, juniores antea, priores posterius. Cum pervenerint ad ipsum corpus, incensetur et aspergatur aqua benedicta et pronuntiet prior, *Pater noster*. Capitulum, *A porta inferi*. Oratio, *Absolve deus*. Expleta imponant responsorium, *Subvenite sancti dei*, et sic deportetur in ecclesiam. Finito responsorio eant in claustrum. Efferendum ad sepulturam, dum dixerit sacerdos orationem. *Non intres in judicium*, sint omnes inclinati.

De officiis defunctorum qualiter definiendi sint.

LX. A Kalendis novembris usque LXXme, si anniversarium abbatis loci ipsius evenerit, ad vesperas post peracta suffragia sanctorum pulsentur cuncta signa: tum vesperae mortuorum. Dehinc ad processionem eant cum vespera omnium sanctorum. In crastino post nocturnale obsequium denuo pulsentur signa et officium mortuorum peragant. Ad missam eadem faciant.][Pro nullis aliis cantatur tractus apud nos, nisi pro fol. 110v
horum nominibus, quae praesenti patescimus; abbatem ipsius

loci, pro rege atque regina, episcopo ipso die e carne evulso, et loci ipsius factore, et quattuor officia plena, quae praesignata jam habemus.[1]) Ex nuncupato jam abbate qualicumque feria evenerit generalem et pietantiam habeant in refectorio fratres, etiam et potionem cum sonitu squillae: tabule non cooperiantur. A septuagesima usque Kalendas novembris, si hoc evenerit, non pulsentur signa,[1]) nisi tantum ad officium mortuorum, quod sit in vespere, et ad missam in crastino. In anniversario defuncti non prius est celebranda missa, quam officium, si studeamus hunc modum illi impertire, qui vult adipiscere, videlicet a festis omnium sanctorum usque septuagesimam, quando vigilia mortuorum noctibus agitur, potest verbi gratia, si hodie duodecim lectiones fiunt, in crastino post nocturnale obsequium agitur mortuorum vigilia. Denique et missam ex ipsorum anniversario caelebrant matutinalem. Nam vero septuagesimae tempore usque sanctorum omnium festa quo sit vigilia post sinaxim vespertinam verbi gratia, si hodie duodecim aguntur lectiones, in crastino ex ipso anniversario missam caelebrare secundum ritum non possumus, nisi adveniente die sequenti: ex hoc quod cupimus, omnia valemus efficere. Similiterque mortuorum matutinae sine[1]) dicantur et sic in alio die pro eis caelebrari cum antiphonis oportet.

Solent vero nonnulli interrogare si liceat cotidie orare, aut sacrificium deo offerre pro mortuis? Quibus respondetur; quia plerique in dominicis diebus sacrificium pro mortuis non offerunt propter singularem reverentiam dominicae resurrectionis; videlicet, quia ille solus inter mortuos liber fuit, ideo valde condecet, ut ejus singularis resurrectio venerabiliter ab omnibus et sine alicujus admixtione defuncti caelebretur.

De episcopis, defuncti qualiter suscipiantur in caenobio.

fol. 111r LXI.][Quando aliquis episcopus migraverit, et ad monasterium fuerit portaturus, omnes fratres debent esse in cappis revestiti, infantes in albis. Inchoet prior, *Miserere mei Deus. Deus in nomine. Miserere mei deus, miserere mei. Deus*

[1]) Rasura.

misereatur nostri, et eant extra portam cum phanonibus, famulis portantibus, duabus crucibus, quattuor candelabris, turibulis duobus, et aqua sancta. Cum venerint, ubi constitutum fuerit, stent per ordinem sicut ad processionem, et cantent hos psalmos, *Ad dominum cum tribularer*, usque ad *Laudate dominum de coelis*, si tantum perstiterint. Sed mox ut venerit corpus defuncti dimittant psalmos, et dicat sacerdos, *Pater noster. Et ne nos.* Capitulum, *Non intres in judicium. A porta inferi.* Oratio, *Deus, qui inter in apostolicos*, deposito corpore incensetur ac inchoetur responsorium, *Subvenite.* Pulsantibus cunctis signis usque dum sit in aecclesia depositum feretrum, septem candelabra ad caput quam ad pedes ponantur. Tunc incensetur alia vice: deinde caelebretur pro eo missa cum pleno officio, offerentibus omnibus. Expleta missa sonetur signum unum quod majus est tres vices, et dentur cerei per omnes fratres. Incipiant duo fratres, *Kyrie.* Domnus abbas dicat, *Oremus.* Oratio, *Non intres.* Deinde incenset altare tribus vicibus, corpus defuncti similiter. Hoc peracto sonentur omnia signa. Deinde antiphona, *In paradysum.* Debet esse omnis processio sicut supra, excepto phanones: reliqua omnia, quae facienda sunt, faciant sicut mos est ad defunctum monachum faciendum.

De laicis, defuncti qualiter agantur.

LXII. Quando aliquis
laicus obierit et ad monasterium defertur, omnes fratres in aecclesia obvient, et accipiant conversi candelabra, aquam sanctam, incensum, et crucem. Inchoet prior in choro psalmum, *Miserere mei Deus*, sed et alios, et eant contra defunctum in obvium. Dicat prior *Pater noster. Et ne nos.* Capitulum, *Ne intres in judicio. A porta. Dominus vobiscum.* Oratio, *Absolve domine*, et incensat corpus. Deinde inchoet cantor responsorium, *Subvenite sancti dei* ut supra. Tunc sonentur signa et ingrediantur in aecclesiam:][Sacerdos sit fol. 111v
in alba revestitus cum stola. Duo fratres inchoent, *Kyrie. Christe. Kyrie.* Sacerdos dicat orationem. Tunc incenset altare sanctae crucis et corpus defuncti tribus vicibus: hoc

peracto incipiat antiphonam, *In paradysum*, et eant ad cymiterium sic per ordinem: aqua sancta antea, deinde crux, subsequatur incensum cum duobus candelabris; infantes et conversi: caeteri incedant sicut sunt priores, deinde feretrum post omnes. Psalmis expletis et antiphona, quae est in evangelio, *Absolve domine*, tunc pronuntiet sacerdos, *Pater noster. Et ne nos.* Capitulum, *A porta inferi. Dominus vobiscum.* Oratio, *Tibi domine.* Expleta dicat, *Dominus vobiscum. Requiescat in pace.* Dein inchoet psalmum, *Miserere mei deus* pro defunctis ibi sepultis. *Pater noster. Et ne nos. A porta inferi.* Oratio, *Deus cujus miseratione.* Revertentibus cunctis cantantur septem psalmi usque dum sint in ecclesia et pergat unusquisque ad officia sua. Nec debet loqui in claustro, usque dum exeant infantes et dicant, *Benedicite*, si tempus est loquendi.

Si quis autem de mediocribus expiraverit eant, quanti prior jusserit. Infantes nichil pergunt in hac hora. De conversis pergant quanti necesse sunt, ut portent omnia, quae hic congrua sunt. De reliquo faciant sicut supra.

De officiis plenis, quae fieri debent propter parentes monachorum catervae, sive pro familiaribus ter in anno.

LXIII. In capite quadragesimae
sive pridie nonas julii, seu tertio die[1]) post festivitatem apostolorum petri et pauli, vel sanctorum omnium tertio die, hoc modo scribatur in martyrologio in fronte pagine bile(?). *II. nonas julii: officium plenum fiat diebus septem pro cunctis familiaribus nostris, sicut fieri mos est pro fratribus noviter defunctis*, et una justitia detur triginta diebus. *Pro imperatore, qui dignus fuerit ita scribatur:* Tertio Idus julii depositio domni heinrici imperatoris augusti, nostrae societatis et fraternitatis karissimi, officium fiat plenum et duodecim pauperes reficiantur
fol. 112r justitiaque][detur per septem dies. *Pro abbate ipsius loci ita scribantur:* In depositione domni illius abbatius plenum officium fiat, duodecimque pauperes reficiantur.

---

[1]) Rasura.

Item pro aliquo amico: Plenum officium fiat atque justitia detur. *In martyrologio taliter scribendi sunt monachi vel amici.* Obierunt adalgarius: Gerbertus nostre congregationis monachus et depositio domni Chuonradi regis et einrici ducis amicorum nostrorum. Edinus nostrae congregationis monachus. Fulcherus nostrae congregationis monachus. Jetardus nostrae congregationis. *Ad capitulum sic pronuntiatur infans:* Depositio domni cheinradi regis. Edini. Fulcheri. Jetardi nostre congregationis monachi. Adalgarii. Einrici ducis amicorum nostrorum et aliorum familiorum nostrorum.

Sequitur Obierunt rex Italorum. Raynerius amicus noster; officium fiat plenum; pro utrisque justitia detur. *Et quandoque:* Obiit teudberga comitissa, fidelis¹) nostra; justitia detur. *Si ambo simul* Depositio vel obiit hugo abbatis nostrae congregationis atque Wido comitissa amici nostri; officium fiat plenum pro utrisque et duodecim pauperes reficiantur. De officio pleno non debet pronuntiare in capitulo. Sed in fronte libri hujus nomini scripta ad recordationem. *De episcopis monachis vel archiepiscopis seu ex abbatibus, qui habent factam professionem, sic scribitur in martyrologium* ²) Depositio vel obitum domni illius episcopi vel archiepiscopi nostrae congregationis monachus.

Ad abbates Obiit ille abbas nostre congregationis monachus. *Ad alios vero, qui non habent factam stabilitatem, sed tantum in orationem recepti, ita scribitur* Obiit ille archiepiscopus. Depositio illius episcopi; Obiit ille abbas. *Ad monachus* - Obiit stephanus monachus. *Pro amicis.* Obiit, vel obierunt si plures sunt. G. fidelis noster vel fidelis nostra,¹) si femina est. *Ad feminas* Obiit illa sanctimonialis. Obiit I abbatissa. *Item ad diaconum* Obiit P. Levita, amicus noster. *Ad presbyter:* Obiit johannes presbyter, amicus noster. A familiaris (?) alius non scribitur nisi in ultimo quod dicitur: *Et alii familiares nostri.* Et si evenit, ut aliquid ex ipsis scribantur, nomen tantum ponitur. *Incipit martyrologium.* Hos, quibus officium solito damus annuale plenum, † stigma crucis predet nomen, ut ordo refert.

K. IAN obierunt talis atque talis.

---

¹) Lacuna.

²) In textu „martyrologium“.

Pro defunctis fratribus breve.

Obiit ille nostrae congregationis monachus et in ultimo scribitur pronomen et provinciam unde ortus fuit ad cognoscendum eum. *De pueris taliter:* Obiit A. puer nostrae congregationis.

Item. Alium cum supplicatione pro monachis.

Obiit A. cantor nostrae congregationis monachus, pro quo cunctos fideles sub sancta professione viventes humiliter petimus apud dominum intervenite.